

1. ~~Ed 2 - Mar 610386~~

2. ~~Observations of the Sun~~


100 fm



2484-

1121 a





JAC. FR. LUDOVICI

J. U. Lic. & Prof. Publ. Extr.

COMPENDIUM
NOVELLARUM
JUSTINIANI,

Subjunctis Avthenticis, usu hodierno

&

RERUM INDICE

in

STUDIOSÆ JUVENTUTIS,

utilitatem adornatum.



HALÆ-MAGDEBURG.

Prostata in Officina Libraria Rengeriana,

Anno MDCCII.

LECTORI BENEVOLO

SALUTEM!



Vemadmodum Germania,
nostra qvoad ipsum regi-
minis modum valde est ir-
regularis, id est, ad formam
reliquarum rerum publica-
rum, sive Monarchiam
supponas, sive Aristocratiam, sive denique
Democratiam, nullò modo quadrat, qvod
mixture vocabulō indigitant Philosophiæ Pe-
ripateticæ sectatores: ita qvoqve eadem ir-
regularitas circa leges in patria nostra vigentes
ubiqve deprehenditur. Leges ferre solet ad
qvem *τὸ κύρον* in republica spectat, & ergo
Germani germanas Leges habere debebamus.
Enimverò qvō te vertas, nonnisi peregrina &
exotica in omnibus jurisprudentiæ partibus
deprehendes. Qvaris, ex qvibus fontibus con-
troversiæ Germanorum *civiles* sint dijudican-
da? Ad Leges Rōmanas Justinianeas, aut si
mavis Tribonianeas, omnes provocabunt. Est
enim (si Diis placet) Roma caput mundi, qvæ
regit orbis frena rotundi, testante id ipsum au-
rea Bulla. Qvaris, unde decisio qvæstionum
feudalium peti debeat? Leges Longobardo-
rum hanc in finem evolvere necesse habebis.

(2)

Quid

Quid dicām de controversiis ecclesiasticis, ubi
plerisqve placita Præsulis Romani, qui omnia
jura in scrinio pectoris (præfiscini!) gestare
dicitur, præ sanis verbi divini & juris naturæ
principiis adhuc se adprobant. Imò ipsum *jus*
publicum præteritō seculō ex titulis juris Ro-
mani, qui de Prætoribus aliisque Magistratibus
Romanorum agunt, à veteribus Glossatoribus
corumqve seqvacibus deducebatur, qvemad-
modum prætensi *juris naturæ* doctores nescio
qvale confusum chaos ex visceribus græculi
Aristotelis & scholasticæ Theologiae Monar-
charum conglomerabant. Prout verò ipsa
Jurisprudentia irregularitate laborat: ita
qvoqve primæ in Germania Academiæ ad ex-
empla Italicarum adornatæ, & in iisdem dicta
Jurisprudentia irregulares valde Doctores
nacta est. Hoc innuere volo, destituti erant
boni illi viri ut plurimum historica cognitione
status Romani, ignorabant statum Germaniz,
& præterea in genuinis philosophiæ rationalis
atqve moralis principiis, qvæ fulcra sunt veræ
Jurisprudentiæ, hospites deprehendebantur.
Secuta inde misera qvorumcunqve juris Ro-
mani capitum ad controversias Germanorum
applicatio, e. g. de actionibus poenalibus in
duplum, triplum, quadrumplum conceptis, de
stipulationibus, poenitentia in contractibus
inno-



innominatis, jurisdictione, rebus extra commercium existentibus, in jus vocatione, divisione actionum in bona fidei & stricti juris, in directas & utiles, & quæ sexcenta alia adduci possent, pro qvibus adhuc hodiè multi, qvi se solos sapere putant, tamen acriter pugnant, ut dissentientes ignorantia juris insimulare haud dubitent, qvorum tamen miseriam & ignorantiam omnia Germaniae fora & praxis in iisdem recepta satis superque loqvuntur. Miseriam studii juris, uti reliquarum disciplinarum omnium, non parùm auxit deplorandum illud autoritatis præjudicium, dum sententias suas sub larva ambitionum encomiorum & combinatione temporalis atque æternæ poenæ auditoribus instillabant docentes. Qvis enim tantis Juris utriusque Monarchis, prout salutabantur communiter & scipios salutabant Glossatores, contradicere ausus esset? qvis dissentire præsumpsisset ab Azone, qvi *Vas et Luccernaria Juris* appellatus? qvis a Bartolo à Saxo Ferrato, cui encomium eines Führers und Hauptmannes aller Juristen tribuere haud dubitat Noe Meurer in Dedicatione des Wasser-Rechtes? Dynum propter usum unius cautelæ ad inferos damnatum scribit ex visione quadam [risum teneatis!] Angelus in *I. bac verba. C. defals. caus.* Bartoli animam damnata



tum fore adstruxerunt nonnulli, qvōd statuerit, in flumine non navigabili ab unoqvoqve molendinum extrui posse sine licentia Principis. Sed regerit Rolandus à Valle, animas eorum, qvi contrarium judicant, perpetuo in inferno esse cruciandas. Caveant ergo, addit, non recedere à communibus sententiis, praecepit qvando sunt benè fundatæ, (in qvō nōs consentientes habet,) qvoniam juxta Angelum nimium est ignorans, qvi contra communem opinionē judicat, referente hæc Heringio in tr. de molend. q. 15 n. 39. Nota qvoqve est, qvæ inter duumviro, Bartolum & Baldum, occasione qvæstionis: *Num in criminē peraduelliōnis sciens qvōq. Et taxens ordinariā pœnā afficiend⁹?* intercessit controversia, Bartolō ad l. 3. ff. ad L. Jul. Maj. eam affirmante, Baldō contra libr. 1. Conf. 34. afferente, qvōd anima Bartoli ob haric hypothesis multos in inferno cruciatus experietur, v. Wissenbach. ad ff. ad L. Jul. Maj. th. 13. Bocerus de cr. maj. c. 22. n. 39. Et qvis recenseret omnia ejusmodi ingeniorum deliria dicam? an aniles fabulas. Pepererunt eqvidem subseq̄uentia secula nobis plurimos, Hottomannos, Balduinos, Duarenos, Connanos, Rævardos, Cujacios, Gothofredos, aliosqve, qvi jus Romanum tum ex historia juris, tum ex infucatis interpretandi principiis à tenebris veterum

libe-

liberare allaborarunt; errores tamen pragmati-
corum, qvos subinde atrō lapillō notavit
Antonius Faber, maximē obstiterunt, qvō mi-
nus nativum splendorem recuperare potuerit
disciplina juris & præstantissima & utilissima.
Scilicet ea communiter insidet animis discen-
tium perversa opinio, neglectā verā theoriam,
ea statim addiscere, qvæ ad panem lucrandum
directō faciunt, seu, ut vocare solent, qvæ u-
sum in praxi habent, id est, si simplicioribus
terminis rem efferamus, cupiunt saltem mo-
lem indigestam variarum conclusionum, op-
tionum communium & casuum in terminis
terminantibus, ut posteā ad praxin nimis ma-
tutè interdum provolantes scripta sua (*Produc-*
tia vocantur stilo Practicorum) tædiosis & ad
rem utplurimum nihil facientibus allegationi-
bus Judicem, si Diis placet, terrere & in suam
sententiam, ni fallor, pertrahere possint. Jam
nos quidem non improbamus morem illum,
ut qvis ea solum appetat, qvæ in vita civili u-
sum præstare possunt, imò potius & nos ipsi hoc
svadere solemus, unde inanes & metaphysico-
rum & aliorum speculationes ingenia magis
corruptentes, qvam efformantes, semper o-
diō habemus; interim tamen hoc saltem desi-
deramus, ut practicæ illæ doctrinæ cum fun-
damentis genuinis, qvæ veram theoriam con-



stituunt, combinentur & sic animi discentium
solidâ doctrina imbuantur, ne prudentia juris
in artem Rabulisticam convertatur, & pro ve-
ris Medicis (nam & hoc nomen Ictis certô re-
spectu competit) vagabundos empiricos nan-
ciscamus. Res quidem hactenus in votis tan-
tummodo substitit ; nihilominus tamen ad-
huc meliora tempora sperare nondum desini-
mus. Postquam enim modò elapsum & nunc
inehoatum novum seculum omnibus ferè
disciplinis insignem mutationem attulit , &
in primis in Jurisprudentiæ studio tot illustres
& celeberrimos viros produxit , qui Leges
Romanas , & Germanicas , & quas primò no-
minare debuisse, naturales, ex historia atque
philosophia sana explicare & quidem non sine
succeso annisi sunt ; quis de facie Jurispruden-
tiæ in melius efformanda prospera quæque sibi
non promitteret ? Jus publicum si considera-
mus, illud post tempora Danielis Ottonis, Jo-
hannis Limnæi, Theodori Reinckingii, & alio-
rum hujus farinæ scriptorum, tantam (in me-
lius tamen) passum est mutationem, ut pluri-
mæ controversiæ vel aliter , quam tunc qui-
dem , vel ex aliis ad minimum & purioribus
fontibus decidantur. In jure ecclesiastico pru-
dentiores jam de iis assertionibus dubitare in-
cipiant , quæ quondam anathematis fulmine
munitæ



munitæ deprehendebantur, v. g. an hæresis sit
erimen: an prætensa Cleri potestas in rebus
fidei verbo Dei sit conformis: an juramentum
Religionis sit licitum, &c. qvis desperaret fore,
ut & aliquando dubitare incipiamus, v. g. an
unus alterve textus Juris Romanii haec tenus
rectè explicatus fuerit: an necessarium sit, ut
opiniones absurdas in praxi nunc quidem re-
ceptas ad posteros nostros propagemus: an
non in aliquibus controversis juris civilis &
feudalis decisio ex jure Germanico melius,
quām ex placitis Romanorum defumi possit,
e. g. de servis Germanorum: de operis rusti-
corum: de bonis censiticiis & emphytevtica-
riis, &c. & quæ sunt ejusmodi plurima alia.
Certè hæc modesta & ingenua dubitatione se-
mel vires capiente, longè majorem adhuc cla-
dem experientur omnes glossæ, opiniones
communes & casuum in terminis terminanti-
bus decisorum autoritates, quām illa est, quā
integralm Aristotelicorum rem publicam peri-
pateticam affecit dubitatio Renati des Cartes.
Interim, ut ad scopum proprius accedamus, dum
in hodiernum usqve diem Jus Romanum in
Academiis nostris non quidem ut jus ordinari-
um, (subsidiarium enim saltem esse Ordina-
tio Cameralis ipsa clamitat,) ordinariè tamen
docetur; eò ad minimum respiciendum erit,



ut, quantum fieri potest, utilia ab inutilibus separamus, & quibus casibus illud receptum esse dici possit, quibus non, ubique subjungamus. Item, ut eam methodum eligamus, quam simpliciori & simul breviori via ad fundamentalem (ut ajunt) juris hujus cognitionem penetrare possimus. Sed quænam erit illa methodus? Hactenus in Academiis receptum fuit, ut universa juris Romani doctrina sub titulo *cursus juris* ad methodum Triboniani, iura personarum & rerum in Institutionibus, Pandectis & Codice proponentis, explicetur & simul ex jure novissimo, quod Novellæ exhibent, illustretur. Nunc, quamvis non simus in ea sententia, ac si Tribonianus, aut ipse etiam si mavis Justinianus, nobis hac parte leges prescribere potuerit, cum methodus sit arbitria & objectum legum neutriquam constituat: quamvis etiam eos non carpamus, qui aliam pro hac methodum substituunt: denique quamvis lubentes largiamur, nec in Institutionibus, nec in Pandectis, nec in Codice accuratam materiarum & titulorum juris connectionem ostendi posse, quicquid sudent & machinentur alii; interim tamen nec eos perversæ docendi methodi accusare audemus, qui in tanta Jurisprudentia confusione priora adhuc dum vestigia in cursu juris premere solent. Sunt multa, imo, quid dico multa? sunt plurima in omnibus tribus illis juris nostri partibus quam amiles fabulas, quas evitare voluit Tribonianus, quam maximè redolent. Sed hic officium est ingenui docentis, ut eas ne Justiniani quidem, nedum



nedum nostris temporibus usum habere ex hi-
storia illorum temporum breviter ostendat, qvod
ipsum meliorem sine dubio usum habebit, qvam
si quis cum larvato Veridico de Justiniano de no-
vo Corpore juris concinnando consilia suppedita-
re vellet. Qvô factô deinde adjura noviora fe-
licior progressus fieri poterit, cùm opposita juxta
se posita ubique elucescant felicius. Qvibus sup-
positis facile qvoque de eorum sententia judici-
um ferri poterit, qvi expositionem juris Romani
à Novellis ordiendam esse syadere voluerunt.
Scilicet id haud difficulter qvidem concedimus,
Novellas magis abstrahere ab inutilibus veteris
Jurisprudentia subtilitatibus, cuius exemplum
luculentum inter alia exhibet famosa illa Novell.
CXIX differentiam inter filios suos & emancipa-
tos ratione successionis, cognatos item & agna-
tos, aliasqve planè abrogans; illud tamen extra
dubium qvoque positum esse arbitramur, in no-
vellis omnium materialium in doctrina juris ob-
venientium tractationem neutiquam deprehen-
di, sed querundam saltem, qvi defecetus iterum
non minus ac institutiones & Pandectæ manus
medicas postularet. Cave tamen, ne exinde infe-
ras, novellarum expositionem prorsus esse negli-
gendam, contrarium enim syadent ea, qvx mo-
do adduximus de indeole novellarum ad simpli-
citatatem naturalem magis accedente, & qvod no-
vella sepius abrogent, qvz in Institutionibus,
Pandectis & Codice adhuc aliter disposita reperi-
untur. Et hæc ipsa causa est, qved in Collegiis
pandectarum non modo ad alias juris novissimi
partes,



partes, sed & novellas in specie haud raro provocare conseruent docentes, quod & ideo facere necesse habent, quoniam vel nulla, vel rara tamen ad ipsas Novellas Collegia haberent. Hoc omnia cum ita se habeant, non frustraneum laborem fore censui, si post tot Compendia Institutionum & systemata Pandectarum Compendium quoque Novellarum in lucem emitterem, de cuius occasione, methodo & scopo adhuc binis verbis monendus eris B.L. Constitueram scilicet mecum, doctrinam novellarum in publicis lecti- nibus Auditoribus meis proponere, & ubi de Au- torre aliquo, quem fundamenti loco substerne- rem, sollicitus eram, deprehendebam eviderem jam pridem Julianum, nec non Dionysium Go- thofredum, & alios etiam Epitomas Novellarum adornasse; sed simul exemplarium defectus, ut alia taceam, me certiorem reddebat, easdem u- sum aliquem mihi in proposito meo vix esse pra- bituras. Quid ergo consilii? animus deinde erat, ipsum novellarum textum, prout in corpore juris habetur, explicandum sumere & quæ usum in praxi habeant, quæ non, in calamum dictitare; sed & hic consilium mutare cogebat. Constat etenim versionem latinam, quæ vulgo circum- fertur, de verbo ad verbum ex textu græco trans- latam eandemq; ad genium lingvæ græcæ pror- fusa accommodatam esse, unde non potuit non filius barbarus & maximè tardiosus exinde oriri, qui & docentem & discentes offendit. Contra omnes vero prudentiæ regulas eum agere existi- bant, quia tardium, quod plerumque in auditoribus

erga



ergá utiles etiam res deprehenditur, adhuc magis hác ratione augere veller. Accedit stilus nimis verbosus & oratorius, qvô scriptæ sunt novellæ, qvi talis est, ut sçpè integra novella diversis licet capitibus constans & aliquot paginas implens, in duas vel tres simplices propositiones resolvi queat, prout nî fallor in ipso hoc compendio meo ostendi. Sed híc iterum novum cædii fundamentum latet, qvod omnino è medio removendum fuit. Circa methodum tractandi animus ab initio in diversa trahebatur. Hærebam enim, an doctrinas ad jura personarum & rerum pertinentes colligere, utrum verò ipsum Novellarum ordinem narrà pôda seqvi præstet. Qvamvis verò facile concipiám, explicatiōnem singular. Legum in Pandectis & Codice propter nimiam suam multitudinem disfudendam potius, qvam fudendam esse, unde rarò deprehendetur Collegium ejusmodi textuale, qvod infra annorum aliquot decursum finitum fuerit; interim tamen nec methodus altera Triboniana arridebat, qvod sçpiuscule doctrinæ aliquæ obtortò, ut dicitur de in jus vocatione Romanorum, collò ad eandem accommodari debeant, qvô ipsò in regulas bonæ methodi impingitur, qvippe qvæ rem non ex facili difficultorem, sed ex difficultate faciliorem facere debet. Deprehendebam denique ea, qvæ de nimia multitudine Legum in Pandectis & Codice anteā allata, ad Novellas applicari non posse, arque adeò prout factum vides in Compendio præsenti, methodum proponendi singulas Novellas eō ordine, qvō in corpore juris exhibentur, priori illi præspe.



ferebam, simul autem, ne nimis odiosa fieret
specialium materialium evolutio, Indicem potissimum
suum rerum classes complectentem adjicien-
dum esse existimabam. Scopus, quem in publi-
cando hocce compendio mihi proposui, hic pri-
marius & unicus fuit, ut ia explicanda novella-
rum doctrina, publicis lectionibus brevi susci-
pienda, illud fundamenti loco substantiare pos-
sim, deficientibus aliis, ut dixi, Autoribus ad hoc
institutum necessariis. Atque ob hanc causam
Novellas illas, quae nullum omnino apud nos
usum habent, aut habere non possunt, nisi for-
san ex Legulejorum cerebro, v. g. de Magistra-
tibus Romanis, de Monasteriis, Monachis, &c.
vel planè omisi, vel duobus saltem verbis attigi.
Ea enim solum Auditoribus meis proponere vo-
lebam, quae in praxi & vita civili ipsis aliquando
usum præbere posse videbantur, reliqua à Cuja-
cio aliisque jamdum observata exscribere nec
animus erat, nec temporis ratio permittebat.
Scilicet conscripsi hoc compendium tali tempo-
re, quod non paucis aliis negotiis huc illucve
distrahebatur animus meus manusve mea.
Et propterea nunc, antequam finem facio, ro-
gandus simul es, benebole Lector, ut si forsitan
alicubi erraverim, aut aliquid omiserim, quod
tamen necessarium esse videbatur, ut, inquam,
illud benevolè excusare velis. Paratus ero quo-
cunque tempore ad emendanda illa, quae forsan
in nonnullis locis emendatione indigere vide-
buntur. Ceterum vale B. L. & studiis nostris
fave. Dabam in Academia Fridericana
d. XV. Novembr. MDCCI.

B. C. D.





B. C. D.

PROOE MIUM.

§. 1.

Ovellaꝝ (scil. Constitutiones) nomen suum inde acceperunt, qvod sint novissimꝝ Leges post absolutas institutiones, Pandectas sive Digesta & Codicem repetitꝝ prælectionis à Justiniano promulgatꝝ. Qvod ipsum Petro Gudelino, Jcto Lovaniensi, occasionem dedit, Commentarium suum ad Novellas hasce *de* *jur* *novissimo* inscribendi.

§. 2. Vocantur Novellaꝝ *justiniani*. Qvō ipsō discernuntur à Novellis, qvas alii Imperatores præter justinianum promulgant, v. g Leo, Heraclius, &c. & qvas editioni Corporis juris à se adornataꝝ adjecit

A

Dioꝝ

PRO O E M I U M .

¶ Dionysius Gothofredus. Hę, qvia in corpore glossato non extant, nec etiam recepta sunt & adeò vilegali apud nos destituuntur.

§. 3. Novellarum Justiniani synonimū est vox; *Avt̄henticum*. Ratio denominationis est incerta. Quidam hanc reddunt, qvod hic liber sit pr̄cipuę cujusdam autoritatis; alii hanc, qvod sit certę & pr̄cipuę fidei pr̄ fragmentis Novellarum Codici insertis; alii, qvod eō ipsō opponatur Epitomae Novellarum à Julianō, Antecessore Constantinoopolitano (qui propterea Epitomator dici solet) adornatę, vid. Gudelinus d. tract. l. 1. c. 1. alii denique, qvod versio latina, qvę vulgo circumfertur, ne latum quidem ungvem à textu gr̄aco recedat, qvod secus in versione Haloandrina, Julius Pacius in prolegom. ad anal. instit. §. 2. Prima ratio nimis remota videtur, reliquę autem singulę probabilitate, sua non destituuntur.

§. 4. Novellæ, qvia leges priores s̄pē abrogant, certis locis codici sunt insertæ & legibus abrogatis subjunctæ, qvæ tunc *Avt̄henticarum* nomine veniunt. Certant hīc eqvidem acriter DD. quisnam has *Avt̄henticas* Codici inseruerit, & communiter Irnerium pro Autore habent, qvam opinionem infringere conatur Strauchius *Dissertat. acad. 4.*, sub titulo *Irnerii non errantis*, cui iterum respondit Dn. Hoppius in *Pr̄cognitis iuris*, qvę *Commentario ad Institutu-*



PROOEMIUM.

3

stitutiones annexa reperiuntur. C. 6. §. 4. Sed nos in præsenti illa controversia non tangit, quæ & præterea parum utilitatis habere videtur.

§. 5. Promiserat quidem Justinianus in §. 4. Conf. de emend Codic. quod Constitutiones post confectum codicem adhuc forte promulgandas ipse edere velit ; hoc tamen in effectum non dedit. Compilatio enim Novellarum, quam hodie habemus, privatâ autoritate facta est, unde & rubricæ ipsum Justinianum autorem non agnoscunt, nec in sensu legali allegari possunt, Albericus Gentilis de libris juris civilis c. 5. in f. Matth. Stephani in Comment. ad Nov. in proœm. n. 25. & 26.

§. 6. Dividuntur in novem Collationes, & haec iterum in certos titulos, quemadmodum alias libros in certas sectiones aut membra distingvere solemus. Unde autem vox collationis profecta fuerit, inanem quæstionem esse censemus, quæ & præterea à Jacobo de Belviso in apparatu super Novellis, Ritterhusio & Stephani in Commentariis suis ad Novellas satis jamdum excussa.

§. 7. Quælibet in sua capita subdividitur, quæ tamen diversissimas sèpè à se invicem materias tractant. Et sic Novellæ sive conjunctim sumuntur, sive sigillatim, nullam habent connexionem, fatentibus hoc quoque illis, qui alias de exhibenda connexione titu-

A 2

lorum



PRO O E M I U M.

Iorum in Pandectis & Codice anxiè qvidem,
sed frustrà sunt solliciti,

§. 8. Ceterùm laude sua non destituntur qvidem Novellæ, qvia multas veteris juris
subtilitates, qvas in Pandectas & Codicem
adhuc imprudenter retulerat Tribonianus.
refescant; An verò juxta Haloandrum *in prefat.*
ad Novell. pretiosissimus thesaurus & pluris, qvam
omnes omnium Regum & Principum opes faciendas,
dici mereantur, admodum dubito. Illud quo-
que extra dubium est, nimis freqventem Le-
gum mutationem & inde ortam Novellarum
multitudinem avaritiae Tribonianii originem
debere, testantibus hoc Procopio aliisque
passim.

§. 9. Numerus Novellarum variat. In
editione corporis juris vulgata CLXIX, in
Haloandrina CL XV, in Corpore glossato
XCIX saltem exhibentur. Neqve tamen
corpus glossatum dictas XCIX eâ serie pro-
ponit, qvâ in editione vulgata reperiuntur.
Qvæ enim in hac est CXXIII, illa in Corpore
glossato, qvod mihi ad manus est, ultimum
locum occupat, & de sanctissimis Episcopis & Deo
amabilibus & reverendissimis Clericis & monachis
inscribitur, sfilo superstitioni illorum tempo-
rum convenienter.

§. 10. Méthodum tractandi novellas
qvod attinet, ex illis, qui integros Commen-
arios ad eas scripsérunt, alii methodum

Tri-



PRO O E M I U M.

Tribonianii secuti sunt, jura personarum, rerum & actionum proponentes, ut Petrus Gudelinus in cit. tratt. de jure novissimo: alii methodum arbitrariam elegerunt, quod refero Rittershusum, qui nonnullas novellas ad jus divinum, nonnullas ad humanum refert. Alii denique singulas novellas sine methodo generali exposuerunt, ut Matthias Stephani: alii aliter, quos recensere nolumus, cum id jam ante nos fecerit cit. Cunradus Rittershusius Exposit. method. novell. in proem. c. 4. n. II. § 12.

¶. II. Nos in praesenti similiter singularum novellarum tenorem absque generali quadam methodo per Compendium exhibemus, quod eò melius fieri poterit, cum Novelle non minus, quam Leges Codicis, stilò usplurimum oratio conscriptæ sint & sic facile in breves propositiones resolvi queant. Seqvitur ergo

COLLATIO PRIMA

De

Heredibus & Falcidia.

TITULUS PRIMUS,

Novella Constitutio Prima,

A 3

Præfa-



Præfationes & Epilogos Novellarum semper omittemus, cùm nihil ad rem faciant, sed ut plurimum vanâ gloriâ & ambitione Justiniani, aut pœtius sub eodem latitanis Triboniani, replete sint.

Nov. I. Cap. I.

§. I.

Omnes personæ, quas testator in testamento suo honoravit, (sive sint heredes, sive legatarii, &c.) illisq[ue] simul certum onus injunxit, acceptarō emolumētō etiam voluntatem defuncti in onerofis adimplere tenentur. Quid v[er]o si hoc intra annum, postquam ab ipso Judeo moniti fuerunt, facere detrectent? Distingvendum est, an sint heredes, q[ui]ibus legitima debetur, an vero extranei. Priori casu salvam qvidem retinent Legitimatam, (qvæ tunc adhuc qvarta saltē erat) reliqua vero omnia iis auferuntur, & accrescent coheredibus, vel si nulli adsint, aut adsint qvidem, sed repudient hereditatem, tunc primo fideicommissarii universales seu maiorem partem habentes: post hos legatarii & fideicommissarii singulares: tunc servi libertate honorati; his deficientibus heredes ab in-

Collat. I. Nov. I.

intestato & denique fiscus partem heredi scripto ablatam acquirunt & voluntatem defuncti implent.

§. 2. *Posteriori casu* heres extraneus voluntatem defuncti adimplere recusans, omnia emolumenta ex testamento ad ipsum pertinentia amittit, & ne quidem quartam falcidiam retinet. Ad implendam autem eam voluntatem illi & eodem modo admittuntur, prout in §. 1. dictum.

§. 3. *Qvod si tamen utrōque casu* substitutio in testamento deprehendatur, substitutus ante omnes illas in §. 1. recensitas personas ad exequendam testatoris dispositionem admittitur.

§. 4. Ceterum, quæ d. §. 1. de heredibus ab intestato dicta sunt, ad liberos justè exhereditatos non pertinent. *Quia enim* fundatum hujus novellæ est, ut quæ disposita sunt à morientibus, impletantur; hinc utique & dispositio de exhereditatione liberorum firma manere debet.

Ex Cap. I. hujus Nov. I. desumpta est *Avt.*

Hoc amplius. C. de fideicommissione.

Cap. II.

§. 1. Heres voluntatem defuncti adimplens quartam falcidiam detrahit, modo inventarum confecerit convocatis ad id omnibus Legatariis & fideicommissariis, qui in

3 Collat. I. Nov. I.

Eadem civitate sunt praesentes, aut adhibitis ad minimum Notario & tribus testibus, si eorum aliqui sunt absentes. Absentes tamen Legatarii heredi & testibus super fide inventarii iuramentum deferre possunt, nisi vocati fuerint & tunc non comparuerint.

Hoc apud nos non observari, sed sufficere, modò inventarium à Notario adhibitis testibus conficiatur, patet ex iis, quæ habet
Mev. P. 2. Dec. 356.

Cap. III.

Amittit quoque heres jus detrahendi falcidiam, si nonnullis Legatariis, non errans circa substantia hereditaria quantitatem, integra legata persolvit. Neque enim tunc reliquias aliquid detrahere potest.

Ex hoc c. II. & III. desumpta est Art. b. sed cum testator. C. ad L. Falcid.

Cap. IV.

Hic tantum repetitur, quod Cap. I. jam dictum erat, voluntatem defuncti scilicet intra annum sub pena amissionis omnis emolumenti ab herede implendam esse. Pupillis tamen & minoribus lapsus anni non nocet.

Habetur in Epilogo hujus novellæ notum illud, Legem non permettere, ut quis in paupertate vivat, vel in anxietate moriarit, quod de Lege



Collat. I. Novell. II.

Lege Falcidia saltem, non de omnibus Le-
gibus , intelligit Imperator , qvippe qvæ
& heredi viventi & testatori morienti pro-
spicit.

Tit. II. Novella II.

De non eligendo secundò
nubentes mulieres : & alienatione
& lucro antenuptialis donationis : & de
successionibus earum filiis
suis.

Cap. I.

Poterat olim mater secundò nubens unum
ex liberis prioris matrimonii eligere , ei-
que uni largiri commoda donationis à marito
Propter nuptias percepta per l.3. C. de secund.
nupt. hoc autem ipsi per præsentem constitu-
tionem est ademptum, additâ ratione, quoniam
omnibus liberis simul secundis nuptiis fecit injuriam.
Retinent ergo liberi proprietatem ex æqua
portione, usufructu saltem ad dies vitæ apud
matrem manente.

Ex hoc cap. desumpta est *Avir. Lucram C. de*
secund. nupt. Extendunt hanc dispositio-
nem ad maritos quoque intuitu dotis, quam

A 5 maritus



maritus ex pacto vel statuto lucratur, Chri-
stineus Vol. 3. Decis. 131. n. 3. Stephani ad
b. l. n. 16. & 17. *ad finem* 17. *ad*

Cap. II.

Qvod si mater alienaverit hæc lucra, ante-
qvam ad secundas nuptias transiit; postea
per transiit ad secunda vota hæc alienatio
iterum infirmatur. Quid verò si filii ex priori
matrimonio suscepti moriantur? Aut omnes
moriuntur & mater sola heres existit, & tunc
est valida alienatio, aut unus saltem moritur,
tunc pro ea saltem (tertia nempe) parte subsi-
dit, ex qua mater succedit.

Qvæ successio ex pæcto speciali non exi-
stentium (omnium scilicet) liberorum de-
ducitur, prout hunc locum satis obscurum
ex Cuiacio explicat Brunnem. *ad Autb. 10. Sed*
& si. C. de secund. nupt.
Desumpta hinc est Autb. Sed & si quis C. de
secund. nupt. qvam Dion. Gothofred. *ad hanc*
Nov. & Stephani num. 20. erroneè ad titulum
de SS. Eccles. referunt.

Cap. III.

Non autem eò extenditur pœna secunda-
rum nuptiarum, qvod filius de bonis suis te-
stans matrem exheredare sine justa causa pos-
sit, qvinimo si hoc fecerit, matri querela com-
petit. Qvod si filius ab intestato moriatur,

mater,



mater, licet binuba, juxta dispositionem Legum ei succedit, si nempe defunctus liberos non reliquerit. Nec enim Imperator vi duas ad necessitudinem amaram & suorum temporum indignam voluit deducere, ut metu castarum nuptiarum ab his abstineant & ad quasdam interdictas permixtiones & forsan etiam ad servorum corruptiones descendant.

Cap. IV.

De administratione donationis propter nuptias, si mulier ad secunda vota transfit, ita disponitur. Aut consistit illa in rebus immobilibus, aut mobilibus. Prior casu mater bona administrat & fructus ipsa percipit, boni tamen viri arbitratu re uituri fruitur. Posteriori similiter quidem administrationem retinet, sed non nisi cautione usufructuariâ præstitâ, quam si præstare recusat, usuris trientibus contenta esse debet, possessione bonorum apud filios manente, quod ultimum quoque eō casu obtinet, quando mater quidem ad præstandam cautionem est parata, pecunia tamen numerata in hereditate non reperitur, ex qua donationis quantitatem percipere posset.

Cap. V.

Si dotem revera non intulit mulier, donationem quoque propter nuptias prætendere

non



non potest. Et si ex parte saltem illatio facta,
ex parte etiam donatio solum debetur.

*Ex hoc cap. desumpta est Art. sed que nihil
C. de secund. nupt.*

De secundis nuptiis earumque poenis in-
tegrum tractatum conscripsit Scipio Gen-
tilis.

Poenæ illæ cessant, si mulier consensu prioris
mariti aut liberorum prioris matrimonii
nubat, aut minor sit, vid. Gothofred. ad l. 2.

C. de sec. nupt. Imò in plurimis Germanicæ
provinciis eas planè exulare testatur Brun-
nemann. ad l. 10. *C. de secund. nupt.* ubi pa-
rentes ad secunda vota transeuntes liberis.
Tutores saltem petunt & inventarium con-
scribunt, sie treffen Richtigkeit mit den Kindern
der erster Ehe.

Tit. III. Nov. III.

Ut determinatus sit nu-
merus Clericorum sanctissimæ
majoris Ecclesiæ & ceterarum Ecclesiarum
Constantinopolitanarum.

Cap. I.

Determinat numerum reverendissimorum
Clericorum (prout semper vocantur) in
fan-

Collat. I. Novell. III.

13

*Sanctissima majore Ecclesia Constantinopolitana S. Sophiæ dicata. Sed quid ad nos numerus illorum clericorum? Observamus saltem, quod nomen *Ecclesia sanctissima* templum & ædes externas hinc denotet contra scripturæ intentionem.*

Cap. II.

Prohibetur hinc, ne Clerici per patrocinium, vel lucri & negotiationis causâ de minore, Ecclesia in majorem transeant.

Hoc apud nos quotidiè fit, & vocationes sive per Genitivum, sive per Dativum, sive aliò modò sint emendicata, nihilominus pro divinis venditantur. Et ne tenera (scilicet) ejusmodi migrantium conscientia lœdatur, Responsa Theologalocō emplastrī adhiberi solent.

Cap. III.

Eleemosynæ ex piis redditibus verè egenitibus sunt erogandæ, non patrocinii & studii hominum.

Stipendia apud nos ex mero affectu sèpius his distribuuntur, qvibus alias sumptus non desunt, & qvi compotationibus & commutationibus ea applicant.

Tit.



Tit. IV. Nov. IV.

De

Fidejussoribus & Manda-
toribus, sponsoribus & folu-
tionibus.

Cap. I.

Fidejussor, mandator & sponsor non potest conveniri, nisi excusō prius debitore principali. Aliud, si hic difficilis sit conveniendo. Spatium tamen certum relinquentur est fidejussori, ut intra illud debitorem principalem deducat primo conveniendum.

Desumpta hinc est *Avis. Præsente. C. de fidejuss.*

Fidejussor est, qvi rogatus pro debitore intercedit. *Mandator*, qvi vel fidejussorem fidejubere, vel creditorem alii credere rogat.

Sponsor, qvi sponte intercedit pro alio, *Gothofred. ad rubr. ff. de fidejuss.*

Cap. II.

Qvod si pro debito non solūm hypotheca ab ipso Debitore data, sed fidejussores etiam constituti fuerint, seqvens ordo observari debet.



bet. Ante omnia actio personalis contra ipsum debitorem & deinde contra fidejussores instituenda. Qvod si verò hanc suum consequinon possit Creditor, tunc devenitur ad territos possessores rerum à Debitoro oppignoratum & deinde hypothecæ à fidejussoribus constitutæ dæmum excutiuntur. Ceterum si ipse Debitor hypothecam poscideat, statim ab initio Creditori ejus intuitu actio competit.

vid. Rittershus. ad Nov. P. 3. cap. 2. num. 26. seqq.

Ex hoc cap. desumpta est Autb. hoc si Debitor. C. de pignor. item Autb. sed bodie. C. de oblig. & act.

Cap. III.

Si pecunia parata destituitur debitor, neque etiam reperiuntur, qui bona ipsius emere, velint: tunc eadem Creditori in solutum dantur, & quidem quæ ipsi magis sunt proficia.

Desumpta hinc est Autb. Hoc nisi. C. de solut.

Differat *datio in solutum* à *Cessione bonorum*. Illa fit, quando bona Debitoris ad solutionem sunt sufficientia. Hæc quando non sufficiunt. Illa plenè liberat Debitorum, hæc non.

Tit.



Tit. V. Novella V.

De
Monachis.

Cap. I.

Tota hæc novella superstitionis papalis est plenissima. In hoc cap. I. dicitur, quod nemini liceat venerabile monasterium adificare, nisi consensu Deo amabilis episcopi, qui extensâ ad cœlum manu per orationem locum Deo consecrare & in eo adorandam & verè honorandam crucem figere debet.

Cap. II.

Tam liberis, quam servis, monasterium ingressi licet. Ita tamen, ut nonnisi post elapsum triennium veste monachali induantur & more monachorum tondeantur. Intra illud triennium, si quis vindicet servum eundemque talem esse probet, Domino suo restituendus est. Postea Dominus non auditur.

Ex hoc Cap. desumpta est Aut. Verum eti.
C. de Episc. & Cler.

Idem statuitur in jure canon. quoad personas incognitas, vid. can. si servus. dist. 54. Alias verò saltem annus probationis requiritur, vid. Ziegler, ad Lancell. l. 1. tit. 30. §. 5. qui ad S. 2. del:

Collat. I. Novell. V.

17

d. t. multa de superstitione & diversitate
tonsuræ atque vestium monachalium ad-
ducit.

Cap. III.

Monachi, sive, ut h̄ic vocantur, *monastica philosophie certatores*, communem debent ha-
bere domum, commune cœnaculum & com-
mune cubiculum, ut testes sint alterutris &
honestatis & castitatis. *Cœnobium enim com-*
munere vitam denotat. Excipiuntur tamen
Eremitæ.

vid. Dessel. *Eros. jur. Can. l. 3. tit. 35. qu. 4.*

Cap. IV. & VI.

Licitum quidem est, monasterium iterum
dimittere; Deo tamen propterea satisfactio-
danda & omnia, qvæ habuit ille monachus,
monasterio cedunt.

Jure Can. citra perjurii notam monasteri-
um deserere non licet, propter tria illa vota
introducta, vid. c. t. de Regular. in 6. Ziegler
l. c. §. 13.

Cap. V.

Monasterium ingrediens Dominium rerum
suarum amittit. Dispositiones tamen antea
factæ subsistunt. Filiis etiam quarta debetur,
& dos uxori restituenda.

B

Perti-



18 Collot. I. Novell. V.

Pertinet huc Auth. Ingressi. C. de S. S. Eccles.
& Auth. Nunc autem. C. de Episc. De Jure
canon. Ziegler l. c. §. 14.

Cap. VII.

Migratio de uno monasterio ad alterum
non facile est concedenda. Qyod si conce-
datur, tota substantia migrantis priori mona-
sterio relinqvenda.

Ziegler. l. c. §. 18.

Cap. IX.

Monachus licet clericus efficiatur, uxorem
tamen ducere non debet, nec concubinam
habere. Clericis tamen in minoribus ordini-
bus constitutis, v. g. Lectoribus & Cantori-
bus, matrimonium inire permisum.

Conseitat Jus Canon. vid. Dessel. l. 4. tit. 6
qu. 1.

Cap. IX.

Abbas constituitur ab Episcopo, & is qvi-
dem, quem maximè idoneum reputaverit.
Non qvi senior, sed qvi melior.

Ziegler. l. c. §. 18.

Tit.

Tit. VI. Nov. VI.

Qvomodo oporteat Epi-
scopos & reliqves Clericos ad or-
dinationem adduci & de Ex-
pensis Ecclesia-
rum.

Cap. I. & IV.

Continentur h̄ic generalia qvædam, qvi-
bus conspicuus esse debet, qvi Episcopa-
tum affectat. Non sit idiota, juvenis, nec
uxori copulatus: non emat sacerdotium. Sit
virâ honestâ & undiqve irreprehensibilis.

Respxisse videtur Justinianus ad. i. *Timoth.*
3. vers. 2. seqq.

Cap. II.

Nemo amabilium Deo Episcoporum foris
à sua Ecclesia ultrâ annum abesse audeat, nisi
hoc per imperialem fiat jusionem. Negotia
Ecclesiarum, si qvæ sunt, per alios clericos expe-
dire possunt.

Cap. III.

Episcopus non debet accedere ad comita-
rum sive aulam Principis absqve literis testi-



20 Callat, I. Novell. VI.

monialibus Metropolitani, testantis, quod ejus
præsentia sit necessaria. Metropolitanus con-
tra ad aulam tendens Patriarchæ testimoniō
instructus esse debet.

Cap. V.

Qui duas habuit uxores, aut adhuc secun-
dam habet, vel qui conjungitur uxori à mari-
to per divorcium separata, vel maritum dere-
linquenti; Episcopus fieri nequit, imo nec
presbyter aut Diaconus: Si postquam talis
jam est factus uxorem ducat, aut concubinam
alat, sacro cedat ordine, & idiota fit. Lectori
tamen non solum primæ nuptiæ permisæ
sunt, (Nov. V. c. IIX.) sed & secundæ. Non
autem tertiæ.

Pertinet huc Artb. Episcopo. C. de Episc. &
Cleric.

Add. tit. X. de bigamis non ordinandis, & apud
Lancellott. tit. qui promoveri non possunt, ibi-
que Ziegler.

Cap. VI.

Diaconissæ (quæ in primitiva Ecclesia curam
agebant pauperum, captivorum & peregrino-
rum) quinquaginta annorum esse debent, aut
virgines, aut viduæ, quæ unius viri uxores &
irreprehensibles ante fuerunt. Quod si e-
jusmodi diaconissa nubat, ultimô suppliciō af-
ficienda & bona monasterio, in quo vixit, ap-
plicanda. Is quoque, qui eam in uxorem
duxerit.



duxerit, pena gladii afficietur ejusque bona
confiscabuntur.

vid. 2. Tim. 5. v. 9.

Cap. VII.

Clericus sacerdotium derelinqvens & aliud
vitæ genus eligens inter officiales Judicis Pro-
vinciæ redigitur, prout dictum in *Nov. 5. c. 7.*
ad quam Justinianus se hîc refert.

Cap. IIX.

Summa hujus capitî est, qvod in ordina-
tionibus clericorum nimii sumtus impendi
non debeant, nec clericî ultra numerum defi-
nitum sint alendi.

Hæc dispositio hodie in aliquibus locis ob-
servari deberet, ubi festum introductionis
novi Ecclesiæ ministri ita sape celebratur,
ut & novus Doctor, & novi Auditores ebrîi
domum deducantur.

COLLA-

B 3



COLLATIO SE- CUNDA,

Tit. I. Nov. VII.

De immobiliis ecclesiasticis

Non alienandis aut permu-
tandis rebus Ecclesiasticis immobi-
libus, aut in specialem hypothecam
dandis Creditoribus, sed suffi-
cere generales hypo-
thecas.

Cap. I.

Immobilia, quæ ad ecclesiás, vel alia pia cor-
pora (*venerabilia collegia* vocantur h̄ic) perte-
nent, non possunt alienari qvocunq; titulo,
nec in totum, nec ex parte, & sic neq;e oppi-
gnorari aut in emphyteusia dari. Admini-
stratores, qvi hoc faciunt, ab officio removen-
tur & contraetus est nullus, qvæ poena sta-
tuitur in l. 14. *C. de SS. Eccles. ad qvam Imper-
rator h̄ic provocat.*

Pertinet hoc Auth. Hoc Jus. C. de SS. Eccles.

B 5

Cap. II.



Cap. II.

Excipitur à prohibitione casus, si permu-
tatio fiat inter Principem & ecclesiam, utilitate
Reip. id exigente & pragmatica sanctione de-
super interpositâ. Modô tamen Princeps rem
majorem, meliorem, vel ad minimum æqua-
lem det Ecclesiæ.

Desumta hinc est *Avis. Sed & permutare. C.
de SS. Eccles.*

Cap. III.

Emphyteusis perpetua in rebus Ecclesiæ
non est constituenda, sed temporalis saltem,
talis scilicet, qvæ ad vitam accipientis & duo-
rum heredum proximorum ab ipso descen-
dientium durat. Qvam maritus acquisivit, ea
ad uxorem non transit, & vice versa, nisi hoc
expressè dictum. Prædiò ecclesiasticò ali-
quantisper diminutò in reditu, præmium sextâ
minus parte in emphyteusin dari potest. Ca-
non si intra biennium non solvitur, jus em-
phyteuseos expirat, & emphyteutæ meliora-
tiones non recipit.

Desumta hinc est *Avis. Qui rem. C. de SS.
Eccles.*

In Emphyteusi civili triennium reqviritur,
I. 2. C. de jur. emphyteute, ac in dubio illa per-
petua esse censetur.

Cap. IV.

Ususfructus quidem in rebus Ecclesiarum constitui potest, sed ita, ut usufructuarius statim compensationis loco aliam rem in Ecclesiam transferat, cuius ususfructus ipsi similiter ad dies vita conceditur.

Vocatur hoc *precaria*, vid. tit. X. de *Preca-
riis*. Hottomanus. *Lex. feud. bac. voc. illustr.*
Dn. Stryk Ex. jur. feud. c. 2. qu. 31.

Cap. V.

Habentur hic pœnae eorum, qui res ecclesiarum contra prohibitionem Legis in se transferunt. Qui eas emit, pretium ab ecclesia repetere nequit, sed actionem saltem contra œconomum habet. Cui sunt donatae, eas restituit & tantundem adhuc. Qui ex titulo permutationis illas accepit, similiter rem acceptam restituit & suam, quam vicissim dedit, amittit.

Desumpta hinc est *Avis. Qui res. C. de SS. Eccles.*

Cap. VI.

Bona Ecclesiarum non possunt corporaliter, id est specialiter obligari. Si tamen de facto fiat, Creditor jus suum amittit & regressum saltem habet contra œconomum. Generalis autem hypotheca validè constituitur.

vid. d. *Avis. Qui res. C. de SS. Eccles.*

Cap.



Cap. VII.

Perpetuum accipiens emphyteusin ab Ecclesia, aut tempore solum, sed non juxta Imperialem constitutionem, (vid. c. III.) jus suum amittit, & quod pro ea dedit, Ecclesia retinet. Canonem etiam nihilominus continuo solvere tenetur. Notarii super ejusmodi emphyteuseos contractu instrumenta conscientes, usque ad exilium puniri possunt. Judices autem eorum confirmantes dignitate privatim & bona eorum publicantur.

Ita enim habet Leo in l. 14. §. 4. C. de SS. Eccles. quam hic indigitat Justinianus.

Cap. IX.

Exdem poenæ iis dictantur, qui sacrata va-
sa & panes civiles (scholis concessos, v. Brun-
nem. ad tit. C. de annon. civil.) alienant vel op-
Pignorant, nisi hoc fiat ob redemtionem ca-
ptivorum, (ab infidelibus scilicet, uti colligunt
ex verbis: ubi anima hominum liberantur à mor-
tibus & vinculis.)

Cap. IX. & X.

Alienatio rerum sacrarum ne tunc quidem
fieri debet, licet aliquis pragmaticam Principis
formam, sive Rescriptum, impetraverit. Quæ-
stor aut Cancellarius (Gothofred. hic) si tale
Rescriptum obsignat, centum libris auri pu-
nitur,



nitur. Is quoque, qui Rescriptum impetrat, sacrilegii reus efficitur.

Hodiè quin Princeps etiam citra casum extremæ necessitatis vasa & alias res sacras alienare possit, nullum dubium est, cessante apud nos per Dei gratiam superstitione Pa-pistica, ex qua hæc prohibitio profluxit.

Cap. XI.

Omnium minimè autem ipsa monasteria sunt alienanda. Neque enim *sacrum & Deo amabile schema* in privatam mansionem est commutandum, Contractus desuper celebratus est nullus. Emotor & rem restituit & pretium amittit.

Cap. XII.

Res quæ venduntur, vel donantur ecclesiæ, non debent esse fænæ, id est, nullius pretii aut redditus, (v. Cujacius lib. 8. obs. 40.)

Tit. II. Nov. IIX.

Ut Judices sine quoquo suffragio fiant.

Cap. I.

Officium Judicis pecuniâ comparari neu-tiqvam debet. Certæ tamen sportulæ sol-

solvuntur ab iis, qui huic officio admoventur,
in quem finem peculiare Edictum Justiniani
in calce hujus novellæ reperitur, ubi habetur,
quantum hōc nomine solvi debeat.

Hanc constitutionem fecit Justinianus ex
confilio Theodora, prout verba indicant:
bis quoque participem consilii sumentes eam,
qua à Deo data est nobis reverendissimam con-
jugem, vid. Disp. nostr. de Jureconsulto sine
lege loquente §. 2. Panim pro excusando
Justiniano autem hīc faciunt ea, *qvz ad-*
ducit Paganinus Gaudentius de morib. sec.
Justin. P. 2. C. 9.

Derogare voluit hīc Imp. I. un. C. de suffrag.

Cap. II. III. IV. & VI.

Disponunt hīc capita de officiis Vicario-
rum in Provinciis Romanorum, aliisqve, qvz
ne minimam quidem utilitatem habent, unde
ea quoqve prætermisimus.

Cap. VII. & XIV.

Jurejurandō affirmare tenentur Præfides,
se suffragii nomine pecuniam non dedisse.
Qui ejusmodi pecuniam accipit, in quadru-
plum tenetur, bona amittit & dignitate exci-
dit, insuper quoqve suppliciis subjicitur.

Cap. IIX.

Ante omnia vero Præfides tributorum ex-
actioni

actioni fideliter incumbere & interesse fasci
probè respicere debent.

Cap. IX.

Præsides provinciarum, postqvam officium
deposituerunt, adhuc qvinqaginta dies in pro-
vincia commorari debent, ut ab omnibus con-
veniri possint, qvibus autoritate officii sui abusi-
aliqvid abstulerunt. Qvicqvid verò depre-
henduntur abstulisse, in quadruplum resti-
tuere tenentur.

Ratio est, qvia Magistratus tunc ferè annuus
erat, qvō tempore durante conveniri non
poterat, qvod hodiè secūs. Poenæ in du-
plum & quadruplum nunquam in Germania
sunt receptæ, vid. Exc. Thomasii Disp.
de usu actionum pænaliuum.

Desumta hinc est Art. si verò, C. ut omnes
Judices.

Cap. X.

Permissum quoqve erat juxta Cap. præc. sub-
ditis, ut Præsidem ante illos 50. dies fugien-
tem capere possint. Hæc licentia autem ut
& facultas conveniendi tunc non conceditur,
si Præses in exactione tributorum aliquantu-
lum durum se gesit.

Cap. XI.

Omnes pro hac constitutione Deo hymnos
afferre debent, qvæ eis dabit & patrias habi-
tare

tare cautè, & proprias facultates habere fir-
míssimè & judicium frui iustitiā,

Cap. XII.

In causis criminalibus, & qvæ seditiones
publicas, tributorum item exactiones concer-
nunt, nemo Præfidi præscriptionem fori obvi-
cere potest.

Cap. XIII.

Contra resistentes auxiliò militari uti pos-
sunt Judges. Non tamen debent abuti hac
sua potestate & provinciales opprimere, adhi-
bendo ejusmodi homines, qvi alias ad inse-
ctandos latrones &c. destinati sunt, iisqve in-
vestigationem facti committendō.

In fine hujus Novellæ habetur formula ju-
risjurandi ab Administratoribus præstan-
di.

Voluit autem eos jurare Justinianus non
solum per SS. Trinitatem, sed etiam *per*
*sanc*tam* gloriosam Dei genitricem & semper Vir-
ginem Mariam, per quatuor Evangelia & per*
*sanc*tos* Archangelos Michaelem & Gabrielem.*

Non solum autem jurarunt Justiniano, sed
& *sacratissimæ Dominae Theodorae Conjugi.*

Habetur hīc qvoqve exemplum, qvod jam
Justiniani tempore *juramenta Religionis* in
usu fuerint, non minus ac reliqua Papistri
fulcra. *Jurat enim Administrator, qvod fit*

com-



communicator /anctissima Dei Catholice & Apostolice Ecclesie: & quod nullò modo vel tempore ei adversari: nec alium quemcunq;e permittere velit, quantum ei possibile sit futurum.

Anne vides nunc causam, cur tantopere pro Justiniani orthodoxia pugnant Papistici defensores? vid. Cornelii à Rynthelen *jurista Romano-Catholicus.*

Tit. IV. Nov. IX.

Ut etiam Ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione.

Inscriptio sive rubrica hujus novellæ nigro ejus non responderet. Neque enim de sola Ecclesia Romana ibi disponitur, sed de omnibus Ecclesiis, ut scilicet earum actiones centum annis demum præscribantur, & sic illæ venerande sedi summi Apostoli Petri hâc parte æquiparentur, cui hoc privilegium Justiniani aeternitas concesserat.

Historiam hujus Novellæ & l. 33. C. de SS. Eccl. exponit Svidas in Lex voc. Priscus Emserius, & ex hoc Rittershus. ad Nov. P. II. C. I. n. 13. & ex hoc Stephani ad b. Nov. ubi deprehendes causam promulgatarum harum

Le-



Legum fuisse avaritiam Clericorum, obster-
tricantibus Theodora uxore Justiniani &
Tribonianô.

Tit. V. Nov. X.

De

Referendario Palatii.

Referendarii dicebantur, qui Principi sup-
plicantium desideria referebant, Gallis
Maitres des requêtes de l' hôtel. Gothofred.
ad rubr. b. Nov. Cujac. ad b.l. De his disponit
Justinianus, quod non plures esse debeant,
quam octo.

De Referendariis nostris hodiernis integro
tractatu egit Stypmannus.

Tit. VI. Nov. XI.

Rubrica ejus integra, testante Gotho-
fredo hæc est:

De
Privilegiis Archiepiscopi
Justinianæ primæ & sede PP. illyri-
co in Pannoniam secundam, id est,
Justinianam primam trans-
ferenda.

Jusfr.



Tustiniana, qvæ h̄c nominatur, patria fuit Iustiniani, unde eam variis modis illustriorem reddere laboravit, ut ex hac rubr. jam patet.

Prima vocatur ad differentiam secundæ in Cypro insula, qvæ patria fuit Theodoræ, Gothofr. h̄c.

Tit. VI. Nov. XII.

De incestis & nefariis Nuptiis,

Cap. I.

Poena incestarum & nefariarum nuptiarum (qvæ vocabula h̄c synonymous usurpantur) est confiscatio bonorum, dignitatis amissio & exilium, & si vilis homo eas contraxerit, additur adhuc corporis verberatio. Desumpta hinc est Avib. incestas C. de incestis. nuptiis.

Dicitur in hoc cap. I. qvod multa etiam irrationalibia animalia incestum aversentur, sed h̄c fabulosa esse ipsa experientia docet.

Hodie incestus inter ascendentēs & descendētes gladiō, inter fratres & sorores fustigatione, in reliquis gradibus arbitriā punitur, v. Carpzov. Pr. erim. qv. 72. 73.

Cap.

Cap. II.

Qvod si tamen ejusmodi homo ex prioribus iisque justis nuptiis justos filios aut nepotes habeat; iis paterna bona deferuntur, ipsique patria potestate liberantur, ita tamen, ut alimenta præstent Patri jam prorsus inopi.

Cap. III.

Is quoque, qui à tempore promulgatae hujus Constitutionis intra biennium uxorem per incestum sibi conjunctam dimittit, à pena, immunis esto, ira ut sola quarta bonorum ad Fiscum deferatur. Circa reliquam substantiam ita distinguendum; Aut tantum adsunt filii incestuosí, aut concurrunt cum filiis legitimis. Priori casu omnia bona percipiunt. Posteriori autem ea iterum in quatuor partes dividuntur & tres partiones filiis legitimis, quarta autem incestuosis assignatur. Qvod si mulier non dimittitur intra hoc tempus, incestuosí nihil planè percipiunt.

Cap. IV.

Liberi naturales, id est, ex concubina geniti, legitimantur per subseqvens matrimonium, ad quod reqviruntur instrumenta dotalia. Nihil verò interest, utrum postea liberi quoque legitimi ex tali matrimonio nati sint, sive non, & an priori adhucdum vivant, an sint mortui.

C

Hinc

Collat. II. Novell. XII.

34 Hinc desumpta est Arch. Qvod jus. C. de natu-
ral. liber.

Hodie dotalia instrumenta non requirun-
tur, qvia per benedictionem sacerdota-
lem accendentem de affectione marita-
li satis constat, v. Struv. S. I. C. Ex. 3. ib.
50. add. c. tanta. X. qvi filii sint legitim.
Imo, licet benedictio illa non acceperit, le-
gitimatio nihilominus facta censemur, modò
consensus matrimonialis aliunde probari
possit, Cothmann. Vol. 2. Cons. 78. n. 5. seq.
Mevius P. 2. Dec. 81.

Tales legitimati omnibus legitimorum ju-
ribus fruuntur, Id, ad jus Lub. P. 2. Tit. 2.
Art. 9. n. 62.

Tit. IX, Nov. XIII.

De

Prætoribus Populi.

Vocabantur antea *Praefecti noctium*, qvod
nomen indignum esse putat Justinianus
in prefat. b. Nov. & propterea eos *Prætores Po-*
puli appellare jubet. Constituti sunt ad cu-
plebis seditionem. b. Cap. I. Reliqua recensere
super sedemus, cum nobis usum aliquem non
præbeant.

COL

COLLATIO TERTIA,

Tit. I. Nov. XIV.

De

Lenonibus.

NArrat Imp. Lenocinia adeò invaluisse, ut
in omni pénè Regia Civitate (Constan-
tinopoli) & in transmarinis ejus locis & juxta
sanctissima loca & venerabiles domos reperiā-
tur Lenonum habitationes. Severè ergò pro-
hibet omnia lenocinia & Lenonibus pœnam
corporis afflictivam cum exilio perpetuo di-
ctitat. Eos autem, qui Lenones in domibus
suis recipiunt, pœnâ decem librarum auri affici
jubet.

Lenocinium à parentibus & maritis com-
missum hodiè pœnâ mortis: ab aliis, pœnâ
extraordinariâ punitur, *Conf. Crim. Carol.*
Art. 122. & 123. Carpzov. Pr. Crim. qv. 71.

Tit. II. Nov. XV.

De

Defensoribus Civitatum.

HI vice Præsidum judicabant in singuli
provinciarum oppidis, Cujacius bīc. no

C 2

men



men exinde sortiti, qvia tenuiores contra potiores defendere debebant.

De his & similibus Romanorum Magistris, & simul de Novellis huc pertinentibus placet judicium Matthiæ Stephani ad Nov. XIII. ubi num. 4. ita: sed cum, ait, in desuetudinem abierint ipsi Magistratus, ac jam olim mutati sint; non necesse est, iis explicatis inhaerere, præsertim cum ad Novellas de iis agentes doctissima habeatur expositio Cujacii & Joachimi Stephani, fratri mei.

Tit. III. Nov. XVI.

De

Mensura ordinandorum Clericorum.

Disponitur hic, qyad moriente clericō non statim extrinsecus qvis vocari & de novo ordinari; sed potius, quod illi, qvi in aliis Ecclesiis ultra constitutum numerum ordinati deprehenduntur, in locum defuncti surrogari debeant.

Hodiè Clerici ultra constitutum numerum non aluntur & vix illi, qvi sunt intra numerum, sustentantur, unde & ex hoc capite usus novellæ nullus esse potest.

Tit



Tit. IV. Nov. XVII.

De

Mandatis Principum.

Habentur h̄ic certæ Regulæ Administrato-
ribus Imperatoris præscriptæ, qvas in ad-
ministratione officiorum ante oculos habere
debent.

Interdicitur ante omnia, ne munera acci-
piant, *Cap. I.* Sed ut mundas Deo, Impera-
tori & Legi manus servent.

Studeant conservationi tranquillitatis &
quietis publicæ, *Cap. II.*

Causas exigui momenti sine scripto, id est,
longis Processuum ambagibus, decident, &
pauperibus justitiam gratis administren-
Cap. III.

Hinc desumpta est *Avtb. Nisi breves. C. de sen-*
tent, ex peric. recit. Hodiè juramentum pau-
pertatis præstandum.

Extra Provinciam suam avocati, vel etiam
loca Provinciæ sūt perflustrantes, de suo & de
annonis publicis sumtus faciant, & provincia-
libus non sint graves, *Cap. IV. IX. & X.*

Delinquentes puniant & præcipue officia-
les, qvi subditos deprædantur. Consiliarios
(aut potius Assessores) eligant viros probos &

Cap. V. ipſi



38 Collat. II. Novell. XVII.

ipſi ita ſe gerant, ut mali eos timeant, boni autem amore proſeqvantur, Cap. V.

Illis, qui metu compulſi ad aſyla confugeunt & fidem publicam implorant, fidem hanc ad xxx dies concedant & interea cauſam examinent. Si condeſtrinati fuerint, fidei autem dataꝝ renunciare ac iudicata facere nolint; eos aſylo iterum reſtituant & executionem moderate ac debitā loci reverentiā contra eos fuſcipliant, Cap. VI.

Jus aſyli autem homicidis, adulteris, rapto-ribus & in genere nocentibus, id eſt, dolosē delinqventibus, non proficit, Cap. VII.

Concordat Jus Divinum Num. 35. v. 15. ſeqq.
& pertinet huic exemplum Joabi 1. Reg. 2.
v. 28. ſeqq. Malè ergo Pontificii omnibus
protinſcuè delinqventibus refugia conce-
dunt in templis & monasteriis suis, vid. Per-
Illustr. Dn. de Rhetz Inſit. jur. publ. l. 2. Tit. 8.
& in ſpecie Dn. Thomasius in Disp. Lips. de
jure aſyli Legatorum adib. competente §. 21. 22.

Cogant Magistratus Exactores tributo-
rum, ut quantitatē tributorū juxta nume-
rum jugerum & designationem prædiorum in
epochis datis exācte exprimant, ſub poena am-
putationis manus. Curialium & censualium
prædiorum translationes in novum poffeffo-
rem non impediant. Qvod ſi hic futura tri-
buta folvere nequit, venditores ad ea ſolven-
da ſunt obligati. Unde ſi venditores depre-
hen-

hendunt, emtorem non fore idoneum tributis
persolvendis, hoc ad gesta (id est, Acta)
profiteri & promittere debent, translationem
suo periculô esse futuram. *Cap. IX.*

Hinc desumpta est *Artb. Sed & periculum. G.*
sine censu. Ubi vid. Brunnem.

Non permittant alicui occasione Religio-
num hæresiumque qvæstionis provinciam
commovere. Si autem qvid emerserit, qvod
canonicum sit, (id est, ad controversias fidei
pertinet,) Præses cum Metropolita hoc decide-
re debet, *Cap. XI.*

Hoc caput *inquisitoribus heretica, pravitatis,*
ut vocantur, adversum est.

De jure decidendi controversias Theologicas no-
strô tempore scripsit Carpzovius, Theolo-
gus Lipsiensis; sed omnem potestatem
Principi & Laicis ademit, atqve soli clero
tribuit. Unde Papismum hac parte laten-
tem detexit Exc. Thomasius in tr. *Vom*
Recht Evangelischer Fürsten in Theologis-
chen Streitigkeiten/ & in scholiis ad Carp-
zovii Disputationem conscriptis & cum hac
nuper conjunctim editis.

Bona damnatorum fisco non amplius ad-
scribant, sed heredibus ab intestato relin-
quant, *Cap. XII.*

vid. infra *Nov. 134. s. 13.*

Impediant, ne patrocinia injusta in fraudem
aliorum suscipiantur, Cap. XIII.

Provideant, ne fugientes agricolæ sive adscriptiæ occultentur. Et si hoc extra Provinciam ab aliquo fiat, literis requisitorialibus ad magistratum competentem datis justitiam promoveant, Cap. XIV.

Non permittant, ut tituli aliorum prædiis alienis adfigantur, ad deterrendos forte eos, qui jus aliquod in ejusmodi prædiis prætendunt. Pœna transgressorum est confisca-
tio bonorum, Cap. XV.

Addicetur ut nemo privatus titulos prædiis suis vel alieni imponat.

Mandata hæc à Præside, quam primū Provinciam ingreditur, insinuanda sunt, convoca-
tis illis qui in metropoli reperiuntur. Exemplar eorum quoque in civitatibus singulis pu-
blicè est proponendum, Cap. XVI.

Arma getere nemini concessum, nisi solis
militibus, Cap. XVII.

Tit. V. Nov. XVIII.

De

Tridente & semissile & suc-
cessionibns filiorum & nepotum
naturalium; collationibus vel
distributionibus,
&c.

Cap.

Cap. I.

Quantitas legitimæ h̄ic definitur, ut sit *triens* vel *semifissi*. Et triens quidem, si quatuor ad sunt liberi, vel pauciores. Semifissi autem, si quinque vel plures. Potest autem legitimia vel institutionis, vel legati & fideicommissi titulō relinqvi.

Desumpta hiac est *Artb. Novissima. C. de inoff. testam.*

Cap. II.

Filiī tamen & filiī curiales ampliorem habent legitimam, dōdrāntēm scilicet, vid. infrā Nov. 35.

Cap. III.

Non valet dispositio, qvæ usumfructum portionis legitimæ uxori addicit & filiis nūdām saltem proprietatem relinqvit.

v. d. *Artb. Novissima.*

Cap. IV.

Ea, qvæ de filiorum legitimā dicebantur, h̄ic ad nepotes & pronepotes quoqve extenduntur, sine distinctione an sint tales ex filio, an ex filia. Ratio additur: qvia neque masterius inse in se, neque feminā solum ad nativitatis propagatiōnem sufficiens est, unde, pergit Justinianus, sicut virumq̄ eorum cooptavit Deus ad generationis



*opus, ita etiam nos eandem utriusque servamus aqua-
litatem. Egregia ratio!*

Porrò dicit, sufficere, modò consensus conju-
galis adfuerit, licet consummatio matrimonii
& dos non accederit. Liberi enim ex tali con-
junctione nati jam sunt legitimi.

Desumpta hinc est Artib. Qua tertia. C. de
collat.

Sed quomodo nepotes in computanda legi-
gitima erunt numerandi? Si ex diversis fi-
liis, attenditur numerus filiorum, si ex uno
filio, nepotum, Franzk. ad ff. de inoff. test. n. 31.
Stephani ad b. l. n. 3.

Cap. V.

Legitima portio non pertinet ad liberos il-
legitimos. Unde de horum successione ita
tenendum. Pater eorum testamentum confici-
ens, si prolem legitimam habet, unam solum
unciam, quam cum matre dividunt: si autem
legitimâ prole destituitur, dimidiam bonorum
partem illis relinqueret potest.

(v. l. 8. C de natural. lib.)

Quod si ab intestato moritur Pater, liberi illegiti-
mi duas tantum capiunt uncias, & mater ex
illis virilem portionem accipit. Modo tamen
Pater unam saltem concubinam habuerit. A-
liis enim potius adebet fornicatio, quam con-
cubinatus, & beneficium huius Constitutionis
cessat. v. infra Nov. LXXXIX, c. XII.

Ex

Ex verbis hui. cap. Sed quia non hoc eum lege agimus, erubescimus, deducunt brocardicum: Erubescendum esse 7Ceo sine lege loquenti, de quo v. Disp. nostr. de 7Ceo sine lege loquente.

Cap. VI.

Collatio dotis & donationis propter nuptias semper fieri debet, sive Pater testatus, si ve intestatus mortuus sit, modo collationem non prohibuerit.

Desumta hinc est *Avtb. Ex testamento. C. de Collat. & simul abrogata l. i. C. eod.*

Cap. VII.

Patribus quidem concessum est, res suas inter liberos dividere ad evitandas lites futuras; ita tamen hoc perficere debent, ne novae lites exinde oriatur, quod sit, si non satis clare voluntatem exprimant. Ergo divisio vel in testamento facienda, vel ad minimum a Patre ipso, vel a filii subscribenda.

Desumta hinc est *Avtb. Si modo. C. fam. cr-eis.*

Cap. IX.

Si quis propriam manum neget, vel pecuniam in chirographo expressam sibi non soltam esse dicat, & tamen actor contrarium probet; duplum solvere necesse habet is, qui ita temerè negavit, nec auditur, etiam si postea

Ex-



exceptionem solutionis opponere velit. Excipitur tamen easus, si reus pœnitentiā ductus delato ipsi ab auctore juramentō veritatē fassus fuerit, tunc enim præter expensarum restitucionem non punitur. Idem obtinet, si actor literas a reo productas ita neget.

Cap. IX.

Curator quoque, qui tale quid facit, dum solvere tenetur, non autem ille, cuius curam agit.

Ex Cap. IIIX. & IX. desumpta est Artb. Contra qui propriam. C. de non num. pecun.

Cap. X.

Qui negat dominium auctoris & convictus posteā allegat, rem illam ad se jure pignoris vel ex alia causa pertinere; ille statim ad rem restituendam adigitur & prætensum jus suum in peculiari judicio docere tenetur.

Hinc desumpta est Artb. Item pessor. C. Qui pot. in pign.

De pœna mendacii juris Romani fusissime agit Brunnemannus *ad l. II. ff. de interr. in jur. fac.* Nobis tamen verior videtur eorum sententia, qui illas pœnas in Germania non esse receptas dicunt.

Cap. XI.

Hoc caput est appendix Nov. XII. c. IV. quæ enim ibi de legitimatione liberorum naturallium

lium dicebantur, ea h̄ic quoque ad illum cāsum extenduntur, si quis ex propria ancilla filios procreaverit, postea autem ancillam & natos manumiserit & uxorem sibi adjunxerit. Debet tamen & matri & liberis ius aureorum annularum & regenerationis (civilis scilicet, sive naturalium restitutionis) petere.

Tit. VI. Nov. XIX.

De

Filiis ante dotalia instrumenta natis.

Recenset h̄ic Justinianus, à nonnullis *d.*
Nov. XII. c. IV. ita explicatam esse, quod illa, quæ ibi de legitimatione dicuntur, non pertineant ad filios ante confecta instrumenta dotalia natos, quam explicationem absurdam dicit, & addit, Novellam XII cum aliis Legibus hac de re latet etiam quoad casus præteritos valere debere, exceptis tamen aliis, qui decreto Judicis aut transactione partium decisi.

Tit.

Tit. VII. Nov. XX.*De***Administrantibus officia
in sacris appellationibus.**

Hanc Novellam tutò negligere possumus, cùm de apparitoribús Magistratum ejus temporis disponat, & dispositio illa ad nos mores nullò modō spectet.

Tit. IX. Novella XXI.**De Armeniis.**

Vult Justinianus, ut Armenii omnibus illis Legibus fruantur, qvæ apud Romanos obtinent, & in specie qvoad successionem fœminarum, scilicet ut hæ qvoqve cum masculis admittantur.

COLLATIO IV.**Tit. I. Nov. XXII.****De Nuptiis.****Cap. I.**

Præmonet hīc Imperator, Legem hanc tantum negotiis futuris, non præteritis normam esse debere.

Cap. II.

Cap. II.

Secundō præmituit, quod pœnam secundarum nuptiarum, quam postea constituit, coniuges sibi invicem licet remittere possint.

Cap. III.

Nuptias consensu mutuus sive affectus alterius facit, in hoc enim tota ipsarum substantia consistit.

v. 1.30. ff. de R. f.

Cap. IV.

Nupiæ dissolvuntur vel mutuo *Conjugum* diffensu & pasto, vel bonâ gratiâ, id est, amicâ separatione sine libello repudii, per occasionem: vel invitâ alterâ parte, idque vel circa causam, vel cum causâ rationabili.

Cap. V.

Monasterium ingrediens conjux missâ repudii libellô matrimonium dirimere potest. Lucrum tamen, quod in casum mortis promissum erat, illi debetur, qui hâc ratione dimittitur. Videtur enim & iste mori quoad matrimonium, qui vitam monasticam eligit.

Hoc jure Canonicô invitâ alterâ parte non procedit, si matrimonium per copulam carnalem consummatum, cap. ex parte. §. nos autem. X. de convers. conjug. Lancellott. insit, l. 2. Tit. 16. §. 2.

Cap.



Cap. VI.

Dissolvitur matrimonium quoque propter
impotentiam, si intra triennium maritus pre-
stanta prestare nequit. Dotem reddit uxori,
donationem propter nuptias autem re-
tinet.

Hinc desumta est Avth. Sed hodie. C. de rea-
pud.

Cap. VII.

Captivitate non dissolvitur matrimonium,
(ut olim v. l. 1. ff. de divorc. l. 12. §. 4. ff. de captiv.)
& hinc si certum est, captivum adhuc vivum
existere, ad secundas nuptias progredi non
licet, sub pena amittendæ dotis aut donatio-
nis propter nuptias, prout vel maritus, vel
uxor tale quid suscipit. Si vero incertum,
vivatne adhuc captivus, an mortuus sit? ex-
pectandum est quinqvennium & ab uxore, &
a marito, quô elapsô licite ad secunda vota
transeunt. Nihil tamen lucrantur ex bonis
captivi.

Cap. IX. & XIII.

Damnatio in metallum olim erat servitus po-
næ & matrimonium dissolvebat, quod ipsum
hic abrogat Justinianus. Idem quoq; depon-
tationem introduxit.

Desumta hinc est Avth. Sed hodie. C. de donato
inter vir. & uxor.

Cap. IX.



Cap. IX.

Qvod sitamen maritus vel uxor ob ingratitudinem in servitutem revocetur, matrimonium dissolvitur. Unusqvisque recipit, qvod proprium est, lucrum verò in casum mortis promissum liberis acqviritur.

Cap. X.

Contrà, si quis ancillam in uxorem duxit, quam liberam esse putabat, matrimonium non tam dissolvitur, quam nullum potius est.

Cap. XI.

Intelligendum hoc est de eo casu, quando ancilla aliena in uxorem ducitur insciò domino. Si verò Dominus eam tanquam liberam elocat, vel studiò tacet, & non contradicit; ancilla libertatem conseqvitur & matrimonium subsistit.

*Ex Cap. X & XI desumpta est Ath. ad hoc. C.
de latin. libert. coll.*

Cap. XII.

Fit quoque libertatis capax, si Dominus eam (vel servum) languentem negligit, vel planè derelinquit

Qvæ in his capitibus de servis Romanis habentur apud nos exigui, vel nullius potius usus sunt.

Cap. XIV.

Uxor virum militiz causâ absentem per

D

de-



50 Collat. IV. Nevell. XXII.

decennium expectare debet. Qvod si per illud tempus maritus conticeat, aut aperte renuat nuptias; tunc uxori ad secunda vota transire licet, si tamen anteā Magistro militum libellum hac de re offerat. Dotem recipit, sed donationem propter nuptias non lucratur.

Abrogatur l. 4. C. de Repud. vid. tamen infra Nov. 117. c. 11.

Cap. XV.

§. 1. Uxor maritum repudiare potest, si maritus adulterium, homicidium, veneficium, crimen seditionis, læsa majestatis, falsi, violati septulchri, sacrilegii, latrocinii, abigeatus & plagii commiserit: item si in praesentia uxoris luxuriosè cum aliis fœminis vivat, aut uxori insidias veneno, gladio aut aliō modō struat, aut flagellis uxorem castiget. Recipit hōc casu dotem & donationem propter nuptias lucratur.

§. 2. Maritus uxorem ex iisdem causis repudiat; additis adhuc hisce, si ea viro nesciente, vel etiam prohibente extraneorum conviviis interfit: vel invitō virō citra rationabilem causam foris pernoctet, aut ludis Circensibus & spectaculis interfit. Retinet hīc maritus donationem propter nuptias & dotem lucratur.

§. 3. Is, qui sine justa causa repudium mittit alteri, dictis pœnis subjicitur. Et uxor in specie hoc agens ad quinqvennium usque à secundis nuptiis abstinere debet.

Cap.



Cap. XVI.

Adjicit adhuc tres causas Justinianus prioribus, quas Theodosius constituerat, & ob quas maritus uxorem repudiare potest, si scilicet abortum procuret; si cum viris voluptatis causâ layetur, & si jam de futuris nuptiis cum alio loqvatur.

Uxor repudiata per annum à secundis nuptiis abstineret debet, maritus non item.

Quid hodié juris sit, dicetur infra ad Novell. 117.

Cap. XVII.

Adscriptitius liberam fœminam in uxorem ducere non potest. Si hoc faciat, matrimonium nullum est.

De conditione adscriptitiorum multa congettus Gudelinus *de jure noviss.* l. i. c. 5. & ex hoc Struvius S. I. C. Ex. 3. tb. 22. Comparant eos communiter cum hominibus propriis Germanorum; sed hæc comparatio in omnibus non procedit. Homines enim proprii quin cum libera persona justum matrimonium inire possint, nullum dubium est.

Cap. XIX.

Non potest repudium ex illa causa fieri, quod non secuta fuerit dos, aut sponsalitia largitas; si autem de facto fiat, aut in matrimonio ejusmodi in dotato maritus vel uxor aliquid admittat, propter quod divortium alias fieri potest.

D 2

potest.

poteſt; pars nocens alteri qvartam ſubſtantiz partem ſolvere cogitur. Si ob uxoris culpmam fit diuortium, hæc intra qvinquennium ſecunda vota appetere neqvit. Alias annum faltem expeſtat, ne ſeminis confuſio fiat.

Cap. XIX.

Filiis familiás non poſſunt mittére repudium ſine Parentum conſenſu, ne hi ex ejusmodi repudiō damnum ſentiant, eō ipſo ſi adigan- tur dotem aut ſponsalitiam largitatēm, qvam obtulerunt, aut in ſe fuſceperunt, exolvere.

Cap. XX.

Matrimonium morte ſoluitur. Qvō factō ad pacta dotalia respiciendum, qvale lucrum dotis aut donationis propter nuptias ſuperſtitii debeatur. Debet autem utrumqye hoc lu- crum & qvale eſſe. Qvod ſi inꝝ qvalitas de- prehendatur, actus ad & qvalitatēm minoris lucri, qvod paſtūm eſt, redigetur.

§. I. Si ſuperſtes conjuſx ad ſecundas nu- ptias non transierit, lucre ex dote vel dona- tione propter nuptias plenō jure retinet, ut non ſolū inter vivos, ſed & mortis cauſā de iis diſponere poſſit. Idem qvoad dotem & do- nationem ipſam, ſi paſta lucrativa non fu- runt adjecta, ut eam uxor, hanc maritus ſu- perſtes eōdem jure habeat. (Qvam tamen diſponendi libertatem rectē ad eum caſum- reſtringunt DD. ſi moriatur ſuperſtes ille nul- lis liberiſ relictis.)

§. 2.



§. 2. Qvod si moriatur & liberos relinqvat,
hisce lucrum illud, si inter vivos non est alien-
atum, simpliciter & ex æqvjs partibus debe-
tur, neqve testamento in extraneum, nec in
unum ex filiis conferri potest. Et hoc quo-
que obtinet, licet liberi in reliquis bonis paren-
tum heredes non fiant. (v. hic omnino Go-
dofredus in notis.)

Hinc desumptæ sunt *Artb. Heres.* & *Artb.*
nunc autem. C. de secund. nupt.

Cap. XXI.

Excipitur ab hac dispositione casus, si liberi
ingrati existant. Ceterum, qvæ modò dicta
sunt, non solum ad filios pertinent, sed etiam
ad eorum liberos, qui parentum suorum, quo-
rum heredes existunt, portionem percipiunt.
Habet quoque ea dispositio locum in matri-
moniis indotatis, quoad ea lucra, qvæ eo casu
conjux superstes ex bonis defuncti juxta le-
gum dispositionem percipit.

Cap. XXII.

Agitur hic de peñis secundarum nuptia-
rum. Mulier intra annum luctus nubens, si ex
priori matrimonio filios non habet, infamis fit
amittit omnia, qvæ ei à priori marito relictæ
erant: non fruitur sponsalitia largitate: ma-
rito secundo ultra tertiam sūx substantiæ par-
tem addicere aliquid non potest: non capit
hereditatem, legatum, &c. ex testamento

D 3

ex-



extranei & denique cognatis suis indistincte non succedit, sed illis tantum, qui sunt intra tertium gradum.

§. 1. Si verò habet liberos ex priori matrimonio, eisdem quidem infliguntur pœnæ; possunt, verò tunc per hoc remedium omnes evitari, si liberis istis uxori dimidiā partem bonorum suorum purè donet & ne quidem usumfructum sibi reservet. Quæ bona ex æquo inter liberos dividuntur & pleno jure ipsis cedunt. Masculi de cetero, licet intra annum luctus nubant, à pœna sunt immunes.

Pœna infamiae hodiè cessat per c. ult. § pen.

X. de secund. nupt. v. quæ dixi ad Novell. 2.

c. 3. § 4.

Cap. XXIII.

Si post annum luctus nubit & filios non habet, extra pœnam est. Existentibus autem filiis ex priori matrimonio amittit lucra quævis à marito defuncto percepta quoad proprietatem, ita ut usumfructum saltem retineat, proprietas autem ad filios illos perveniat. Et, hæ quoque pœnæ in marito secundas nuptias in eunte locum habent. Nec distinguitur, utrum dos & donatio propter nuptias ab ipsis contrahentibus constituta fuerit, an ab aliis quibuscunq;.

Desumta hinc est Avib. In donatione. C. de sec. nupt.

Cap.



Cap. XXIV.

Non licet ergo Parentibus de ejusmodi rebus, quæ liberis hâc ratione acquisita sunt, disponere, alienandô eas vel oppignorandô. Et licet hoc fecerint, liberis tamen integrum est intra triginta annos, à tempore, quô sui juris facti sunt, computandos, eas à quibus- cunque possessoribus vindicare.

Hinc desumta est *Avtb. Nisi. C. de bon. ma- tern.*

Cap. XXV.

Lucra illa ad omnes filios prioris matrimonii æqualiter spectant. (Repetuntur hîc ea, quæ habentur in *Nov. 2. c. 1.*)

Hinc desumta est *Avtb. Lucrum. C. de secund. nupt.*

Cap. XXVI.

Repetuntur hîc ea, quæ habentur in *No- vell. 2. c. 2.* Et additur in §. i. quod lucra illa pertineant ad liberos, etiamsi non extiterint heredes parentum suorum. Modò non fuerint ingratia.

Hinc desumtæ sunt *Avtb. Sed & si quis. nec non Arth. Ha res. C. de sec. nupt.*

Cap. XXVII.

Alia poena secundarum nuptiarum (*vid. Cap. XXIII*) hâc est, quod illas contrahens non possit in novum conjugem plus transferre neque inter vivos, neque mortis causâ, quam unus ex liberis prioris matrimonii accipit.

D 4

Qvod

Qvod si liberis inæquales portiones relinquantur, novus conjux plus capere nequit, quâma qvod in portione minima est.

v. Arth. Ad eos & l. 6. C. de secund. nupt.

Cap. XXIX.

Quantitas portionum autem non ex eo tempore dijudicanda est, qvô dispositionem fecit binubus; sed ex eô, qvô diem obiit supremum.

Cap. XXIX.

Lucra priorum nuptiarum liberi primi: secundarum secundi matrimonii cipiunt. In ceteris parentum bonis æqualiter succedunt.

Cap. XXX.

Et hoc qvoque obtinet in casibus, ubi per divortium nuptiæ solvuntur, sine distinctione, cuius culpâ divortium factum fuerit.

Cap. XXXI.

Dos & donatio propter nuptias & augeri possunt constante primô matrimonio, & minui. In secundo non possunt, liberi ex priori existentibus, ne fraus fiat legi.

Cap. XXXII.

Dictum est in cap. XXII qvod conjux ad secunda vota transiens proprietatem eorum amittat, qvæ à defuncto accepit. Sed qværitur hic, quid tunc juris, si defunctus usum fructuum saltem reliquerit, an & hunc eô casu amittere debeat binubus? Et resp. negando, nisi defunctus hoc expressè caverit.

De-



Desumta hinc est *Artb.* *Hoc locum. C. si secundo nupserit mulier.* & sic abrogatur *I. i. C. eod.* qvæ tamen melius cohæfisse videtur cum reliquis constitutionibus.

Cap. XXXIII.

Quod si ususfructus loco dotis aut donationis p. n. constituatur; tunc ne quidem per dispositionem defuncti binubo superstitione auferri potest.

v. d. Artb.

Cap. XXXIV.

Nec pater binubus usumfructum amittit, qui ipsi in bonis filiorum primi matrimonii adventitiis per Leges conceditur.

Cap. XXXV.

Mater ad secunda vota provolans non, potest sub praetextu commissa ingratitudinis ea revocare, qvæ anteā filii de suo donavit. Nisi aperte probet filium vitæ ipsius insidias struxisse & impias manus ei intulisse.

Hinc desumta est Artb. Quod mater, C. de revoc. donat.

Cap. XXXVI.

Mulier ad secunda vota transiens, privilegiis prioris mariti amplius non utitur.

Cap. XXXVII.

Liberta, qvam Patronus uxorem duxit, si divertit à marito, non potest eō invitō secundas nuptias inire. Et si de facto eas init, hoc pro fornicatione habetur.

D. 5

Repe-



Repetita hic est l. i. C. de incest. & inutilib.
nupt.

Cap. XXXIX.

Matri præ omnibus aliis educatio filiorum
committenda, modò ad secundas nuptias non
transeat.

Repetitur hic l. i. C. Ubi pupill. educ. deb.

Cap. XXXIX.

Dos mulieribus constante matrimonio non
est restituenda, nisi ex causis in legibus per-
missis. Qvod si nihilominus restituta fuerit;
heredes mulierum eam cum mediis temporis
fructibus reddere tenentur marito, ut hic il-
lam vi initia paci lucretur. Et si maritus de-
inde ad secunda vota transit, eam liberis sine
alienatione servare tenetur. Dos, si viva uxore
non sit illata, adhuc ab ejus heredibus exigi-
potest.

Cap. XL.

Mater tutelam filiorum suorum gerens &
non obstante præstito juramento (vid. l. 2. C.
qvand. mul. tut. off. fung. pot.) ad secunda vota
transiens, non prius tutorem petens & ratio-
nem reddens & exolvens omne qvod debet:
omnes penas sustinet, qvæ in nuptias imma-
turas statutæ sunt: filii non solum in ejus, sed
novi qvoqve mariti bonis hypothecam ha-
bent, & mater illa à successione filii impuberis
excluditur, si pater eandem huic filio pupilla-
riter

riter substituerit. Idem obtinet, si naturalium filiorum tutelam gerit.

Hinc desumta est *Avth. Eisdem. C. de secund. nupt.*

De obligatione mariti, welcher zu der Witten einfreyet v. Mev. P. 6. Dec. 66.

Cap. XLI.

Si uxor maritum (& vice versa) heredem instituat, & ipsi injungat, ut proprio filio legatum exolvat, conditione aut die adiectâ eveniente; tunc pater ad cautionem legatorum servandorum causâ non tenetur, nisi ad secundas nuptias transierit.

Confirmatur *I. 6. C. ad Sc. Trebell.*

Cap. XLII.

Repetitur hîc *Nov. VI. Cap. V.* & desumta hinc est *Avth. Multò magis. C. de Episcop. & Cleric.*

Cap. XLIII.

Lex Julia Miscella cavebat, ut mulieres, quibus mariti viduitatem indixissent, (& vice versa) nihilominus legata conseqverentur. etiam si secundas nuptias contraxissent, modo jurent, se procreandæ sobolis gratiâ contrahere. (v. I. 2. C. de indict. Viduit. ibique Gotbofr.) Ethoc quidem intra annum. Postea non amplius admittebantur ad legata conseqvenda, nisi præstítâ Cautione Mutianâ. Hæc dispositio displicet Justiniano, qvod mulieres ad

ad perjurium freqventer alicere soleat, unde
eam planè abrogat, hâc novâ in ejus locum
substitutâ:

Cap. XLIV.

Illud, qvod sub conditione viduitatis alter-
utri ex conjugibus relictum est, ante annum
planè peti non potest. Annô elapsô autem
recte petitur, sed non nisi sub cautione, qvod
conditioni adiectâ sit satisfacturus accipiens,
nisi hanc cautionem remiserit testator. Qvod
si conditioni non paret, res data à qvocunqve
possessore vindicatur. Valet hâc lex tunc
qvoqve, si extraneus alteri sub viduitatis con-
ditione aliquid relinqvit.

Hinc defumta est Avth. Cui reliquum. C. de
indiit. viduit. toll.

Novella hâc non loquitur de primis, sed
secundis saltem nuptiis prohibitis. Unde
hanc conditionem: si planè non nupsiris, im-
possibilibus communiter accensent.

Cap. XLV.

Repetitur hic Nov. II. Cap. IV. & hinc de-
fumta est Avth. Sed si aurum. C. de secund. nupt.

Cap. XLVI.

De successione matrum ad secundas nu-
ptias venientium in filiorum bonis ita statui-
tur. Aut filius moritur testatus, aut ab inte-
stato. Priori casu nihil amplius capitur, qvam
qvod filius illi ex libero arbitrio suo reliquit.

Poste-

Posteriori, cum defuncti fratribus quidem simul succedit, ita tamen, ut in bonis defuncti profectiis & quæ ex donatione p. n. solum usumfructum habeat, in reliquis autem & proprietatem.

Cap. XLVII.

Adducuntur hic cause, ob quas frater fratrem exheredare potest, quarum tres sunt: si alter alterius *vita, fame aut bonis* insidias struxerit. Tunc exhereditatio portio matri & reliquis fratribus accrescit. Ceterum mater, sive cum solis filiis, sive cum solis filiabus, sive tandem & cum filiis & cum filiabus simul concurrat, semper in virilem portionem succedit. Reputantur quoque nonnulla ex *Nov. II. C. III.*

Desumpta hinc est *Avtb. Et cum. C. ad Sc. Ter-*
tull.

Cap. XLIX.

Vult Justinianus, ut Parentes inter liberos primi & secundi matrimonii æquitatem observare studeant. Addit tamen, se hac parte magis abortari, quam legem sancire. Interim ad minimum filiis ex priori matrimonio legitimam relinqvendam esse, iterum inculcat.

Tit. II. Nov. XXIII.

De

Apellationibus & intra quæ tem-
pore debeat appellari.

Cap. I.



Cap. I.

Olim intra biduum regulariter appellandum erat, l. 20. §. 1. ff. de appell. l. 1. §. 5. ff. quando appell. vel intra triduum, si procurator in rem alienam agebat, l. 2. ff. ead. hic autem Imperator indistincte decennium concedit.

Hinc desumpta est Artb. Hodie autem. C. de appellat. & hic valde peculiare est, quod hoc decendum nec Judicis officio, nec partium conventione prorogari possit, Berlich. P. I. Concl. 50. n. 105. Gail. I. Obs. 140. n. 7. Illustr. Stryk Intród. ad prax. c. 23. §. 5. Ratione initii est utilē, ratione cursus continuum.

Idem fatale in Leuteratione Saxonica aliisque remediis suspensivis, e. g. Supplicatio-
nis, Revisionis, Restitutionis &c. communiter in Germania observandum.

Reliqua capita hujus Novellæ concernunt Provincias Romanas & apud nos sunt extra usum.

In Epitome, qvæ huic Novellæ subjuncta est, agitur de summa appellabili. Sed hic tam intuitu appellationum, qvæ ad summa Tribunalia Imperii : qvam intuitu earum, qvæ in Provinciis ab inferiori ad superiorem Judicem diriguntur, res ex Constitutionibus cuiusvis Provinciæ dijudicanda est.

Tit.

Collat. IV. Novell. XXIII.

63

Tit. III. Nov. XLIV.

De Præside Pisidiæ.

Tit. IV. Nov. XXV.

De Prætore Lycaoni.

Tit. V. Noy. XXVI.

De Prætore Thraciæ.

Tit. VI. Nov. XXVII.

De Comite Isauriæ.

Tit. VII. Nov. XXIX.

De Moderatore Helenoponti.

Tit. IX. Nov. XXIX.

De Prætore Paphlagoniæ.

Tit. IX. Nov. XXX.

De Proconsule Cappadociæ.

Tit. X. Nov. XXXI.

De

Descriptione quatuor Præsidum Armeniæ.

Hos titulos ideo allegâsse saltem sufficit,
quia de Magistratis Provinciarum Ro-
manarum unicè agunt, & sic usum nobis non
praestant. Generalia præcepta, quæ interdum
in illis occurrent, v. g. quod Magistratus justi-
tiæ promovere, jura Princepis observare, &
tranquillitatem publicam tueri &c. debeat;
valent etiam sine Justiniani autoritate. Et si
quis ad ea probanda Noyellam aliquam alle-
gare



gare vellet, is sanè eādeim mentis imbecillitate laboraret, qvā laborant illi, qvi ne illa qvidem verba: *in nomine Domini nostri Iesu Christi*, sine allegato aliquo valida esse existimant.

Tit. XI. Nov. XXXII.

Ne quis mutuum dans Agricolæ, terram ejus teneat: item, qvām magnas usuras Creditores ab Agricolis debent percipere.

Antichresin à Rustico pacifico non licet. Hac ratione enim illi media se sustentandi subtraherentur. Usuras tamen stipulari concessum. Et qvidem si pecunia credita, trientes (qvod in textu ita effertur: *in singulos solidos annuas siliquas*). Est autem solidus 72 pars librarie auri: & siliqua $\frac{1}{4}$ pars solidi, vid. Rittershus. P. 3. c. 10. n. 6. 7.) Si vero frumentum aut aliud genus fructuum mutuò datum, in singulos modos frumenti octavam partem. Qui majores exigit, jure crediti cadit.

Hinc desumpta est Artb. Adbac qui fructus. C. de Usur.

Ratione differentiæ inter usuras pecuniarum & frugum hanc suppeditant, qvia frugum pretium est incertum, & ipsæ fruges quotannis æqualiter non percipiuntur. Ergo hic majores usuras stipulari licet, vid. Rittershus. d. l. n. 9. seqq.

Tit.



Tit. XII. Nov. XXXIII.
De his, qvi mutuum dant Agri-
colis.

Præcedens constitutio in Thracia saltem promulgata erat ab initio; hinc autem & ad illyricanas Provincias dirigitur, & milites quoque eâ teneri adjicitur, qvibus præter admissionem crediti & cinguli privatio dictatur, si legem hanc peccaverint.

Tit. XIII. Nov. XXXIV.

Est hæc eadem, qvæ Novella XXXII, seu potius illius, qvæ græcè conscripta erat, latinum exemplum, ideo simul adjectum, ut lex omnibus magis innatesceret.

Hodiè usurpæ qvincunces à rusticis etiam exigi solent, Rittershus. d. l. n. 32. Brunnem. ad d. Avth. Adhac in f. qvi de Marchia quoque testatur, qvod ibi quintus modius loco usurarum dari soleat, sūnff Scheffel vor vier prout etiam in Pomerania fieri expertus sum.

Tit. XIV. Nov. XXXV.

Deo

Adjutoribus Qvæstoris.

E

tit.

Tit. XV. Nov. XXXVI.

Deo
Successoribus eorum, qui in Africa
degunt,

Africanis hic permittitur, ut ea, quæ Vandalarum temporibus vel ipsis, vel eorum parentibus erupta sunt, intra quinque annorum spatium vindicare possint.

Tit. XVI. Nov. XXXVII.

Deo
Ecclesiis constitutis in Africa.

Ecclesiæ Africanæ ea capere debent, quæ Arrianis ablata erant. Hæresi (Arrianam sine dubio intelligit) nulla domus aut locus orationis concedendus, nec hæreticus in Rep. tolerandus.

Est hæc Novella conclusio ex principiis clericalibus papisticis de dissentientibus non tolerandis, verbo Dei tamen adverfa.

Tit. XVII. Nov. XXXIX.

Deo
Decurionibus & filiis eorum.

Statuitur hic, quod Decuriones, i. e. Senatores minorum civitatum, libertis suis curia-

rialibus, & feminis curialibus nuptis dodrantem legitimæ loco relinqvere debeant. Qvod hodiè cum reliquis, quæ hic habentur, extra usum est.

Tit. XIX. Nov. XXXIX.

De

Restitutionibus & ea, quæ parit undecimō mense post mortem viri.

Cap. I.

Res, quæ subjacent restitutio*n* fideicommissariæ, alienari quidem vel oppignorari regulariter non possunt, exceptio tamen est intuitu *portionis legitima*, quæ nec aliò, nec fideicommissi onere gravari potest. Additur adhuc alia exceptio intuitu *detis*, (quam vel accepit filius eamque restituere tenetur, vel quam filia constituere vult, &c.) & *donationis propter nuptias*. Si enim portio legitima non sufficit ad harum obligationem, res fideicommissò gravatz in eam causam alienari vel obligari possunt.

Desumpta hinc est *Artb. Res quæ subjacent. C.*

Commun. de Legat. Conf. Struv. S. J. C. Ex. 36.

Ib. 41. ibique multos citatos.

Cap. II.

Partus undecimō mense perfectō post mortem mariti editus pro illegitimo habetur, &

E 2

mulier



mulier donationem propter nuptias amittit,
omnibusque penitentia subjicitur, quae in eas statutæ sunt, quæ durante anno luctus ad secundas nuptias transeunt.

v. l. 3. §. ii. ff. de suis & legit. hered. Potest tamen iudex pro re nata & ejusmodi partum legitimum pronunciare, si mulier sit nota castitatis & fidei, prout Wittebergæ aliquando pronunciatum refert Beust de matrimonio, p. I. C. 36. Rarum casum, qui Parisis extitit, assert Gothofredus ad b. 1.

Tit. XIX. Nov. XL.

Ut Ecclesia sanctæ resurrectionis alienare possit ædificia secundum ipsam sita Civitatem.

Habetur hic Exceptio Novelle VII. ut scilicet possit Ecclesia Hierosolymitana sanctæ resurrectionis ædificia sua alienare præviò decreto Archiepiscopi, si Ecclesia inde utilitas accedit, quod scilicet dicta Ecclesia eodem mense sumptus facere possit, quibus ad sustentandos pauperes ad eam undique confluentes indiget. Rationem hujus exceptionis hanc subministrat Justinianus: quia omnium dominus simul & creator Deus dignatus est tantum ipse dare privilegium præter alias civitates, ut ex ipsa resigeret secundum carnem: ideo & nos imitantes Dominum Deum & magnas ejus miraculorum operationes,

tiones, quārum homini possibile est, privilegium ali-
quod deditum ipsi preter ceteras Ecclesias. Est ratio
Tribonianæ.

Tit. XX. Nov. XLI.

De

Qvaestoribus, id est, Præfectis
insularum.

Tit. XXI. Nov. XLII.

De

Depositione Anthimi & Severi &
Petri & Zoaræ & reliqvorum.

Anthimus Episcopus Constantinopolitanus, Severus Episcopus Theopolitanus, Petrus Episcopus Apameæ & alii ob hæresin Nestorii, Eutichis, aliorumque in quam inciderant, per clerum depositi & anathematis fulmini subiecti erant. Illum processum clericalem hic approbat Justinianus & decretum cleri (prout hic optat) exeqvitur. Libros hæreticorum comburi jubet, & qui eos scribunt, amputatione manus plectendos esse dictat. Ipsis autem hæreticis locum solitarium assignat, ne hæresi suâ alios inficiant, denn es ist ein heimlicher Gifft darunter, ut nostri dicunt. Gessit sanè Justinianus se hæ parte talem, quam
clerus papisticus & papizans exoptat in

E 3

exe-

70 Collat. IV. Novell. XLIII.
executione decisionum circa controversias
Theologicas ab ipso factarum.

Tit. XXII. Nov. XLIII.

De

officinæ sive tabernis Constantino-
politanæ urbis: & ut mille tantum & cen-
tum officinæ sacrosanctæ majoris Ecclesiæ
excusentur: omnes reliquæ, ad quemcun-
que Dominum pertineant; conserva
obeam munia.

Hæ officinæ ideò oneribus publicis exime-
bantur, ut Ecclesia ex earum redditibus
funerum sumptus defumere poset, hi enim à
privatis tunc qvidem non præstabantur.

Tit. XXIII. Nov. XLIV.

De

Tabellionibus & ut Protocolla
dimittant in chartis.

Cap. I.

TAbellio ipse (non per ministrum & substi-
tutum) contractibus ab initio ad finem
interesse debet, ut sciat omnia, qvæ aguntur
inter contrahentes. Si huic legi contravenit,
amissione officii punitur, contractus tamen
firmus manet. Ceteruna substitutio eō casu
per-



permittitur, si fiat approbante Magistrô census. Plures tamen, qvam unus, substitui nequeunt.

Apud nos Comites Palatini qvidem per substitutos creare solent Notarios, Poëtas, &c. De Notariis autem per substitutum officium suum exercentibus exemplum, non constat,

Cap. II.

Tabelliones instrumenta in alia charta non conficiant, qvam qvæ protocolum habet. Protocolum autem erat brevis adnotatio, qvæ declarabat, qvō comite largitionum (sub cuius cura chartariz erant) qvō tempore & à qvo præparatæ sint chartæ. Ex qvo protocollo sspè falsitates arguebantur, (cujus exemplum ex Cujacio refert Gothofredus *ad rubr. b. Nov.*) unde Justinianus illa protocolla abscindi prohibet. Hæc Constitutio tamen ad solam urbem Constantinopolitanam pertinet, propter contrahentium multitudinem.

Hodie vox *Protocolli Notariorum* alium plenè significatum habet, vid. Struv. *Exere. 28.*
ib. 31.

Tit. XXIV. Nov. XLV.

Ut non liberentur curiali fortunâ Judæi, nec Samaritani, aut hæretici, occasione eorum Religionis, sed curialibus



qvidem functionibus subjaceant privilegiis (a) verò curialium non fruantur: posse verò eos contra orthodoxos, qvod subjaceant curiali fortunæ (b) testimonium perhibere, ut qvi & pro orthodoxa politia rectè testimonium perhibeant.

(a) e. g. honore & dignitatibus.

(b) alias testimonium contra orthodoxos dicere non possunt.

COLLATIO QVINTA.

Tit. I. Nov. XLVI.

Deo

Ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione & solutione.

Restringitur hīc prohibitio *Novelle VII* eaenvis, ut bona ecclesiarum etiam immobilia in casu urgentis necessitatis vendi, vel in solutum dari possint, præviō tamen Episcopi Decretō. Qvod si fiscus est Ecclesiarum Creditor, hic bona in solutum accipere non tenetur, sed sunt alienanda & emtor fisco tributa solvit, qz debet Ecclesia.

Tit.



Tit. II. Nov. XLVII.

Ut præponatur nomen Imperato-
ris Documentis & ut latinis literis aper-
tius tempora inscribantur.

Cap. I.

Confidentes instrumentum, Imperatoris
nomen, deinde Consulem & indictionem
(Römer Zins-Zahl) & tandem mensem atque
diem eidem præponere tenentur.

Hodie in Instrumentis Notariorum Invo-
catio nominis Divini quoque & annus Sal-
vatoris præmittendus est, ex *Ordinat. No-*
tar. Maximil. de Ann. 1512. Deberet me itò
etiam nomen Principis Imperii, in cuius
territorio instrumentum conficitur, ad-
necti.

Cap. II.

Annus & dies in Instrumentis claris & a-
pertis literis sunt exprimendi, non antiquis &
obscuris.

Tit. III. Nov. XLIIX.

De

Jurejurando à moriente praestito
propter mensuram suæ substanciæ.

E 5

He.



Heredes jurata bonorum specificatione, testatoris stare tenentur, Creditores non item.

Desumta hinc est Avth. Qvod obtinet. C. de probat.

Tit. IV. Nov. XLIX.

De

His, qvi ingrediuntur ad appellationem: & qvando per scripturam manus propriæ fiat collatio literarum & de jure jurando dilationis & ut conjungatur jure-jurando calumniæ,

Cap. I.

Appellatio intra annum est ad finem perdu-cenda, aut ad minimum intra biennium, si justa impedimenta adsunt. Lapsô annô vel biennio sententia ipsô jure confirmatur. Tu-tius tamen est, si appellatus cessante appellante decisionem causæ urgeat. Et tunc sive vincat appellans, sive non, expensas refunde-re tenetur appellato.

Hodiè lites post appellationem in summis præcipue Imperii Tribunalibus ferè im-mortales fiunt. Unde olim de Spira dice-batur: *Spira lites spirant, sed nunquam expi-rent.*

Cap.



Cap. II.

Olim si probatio scripturæ productæ (ab adversario in dubium vocata) siebat, illa scriptura trium testium subscriptione munita producenda & juxta hanc comparatio literarum instituenda erat, l. 20. C. de fid. instrum. Hic autem duos casus excipit Justinianus à dicta lege. Primus est, si ego me fundo in scriptura privata à tribus testibus non subscripta, & adversarius viciissim fundamentum suum ponit in alia scriptura ejusdem manus. Hic si ego in dubium voco scripturam ab adversario productam, illa cum scriptura, in qua ego me fundo, comparatur & exinde probatio desumitur. Secundus est, si scriptura proferatur ex archivio publico. Ex hac enim comparatio fieri potest, licet testimoniis subscriptione destituatur & à Tabellione non sit confecta.

Hinc sumpta est Artb. Adhac. C. de fid. instrum. Comparationes fieri debent per homines peritos literarum, durch verständige Schreibe-Meister / qui juramento constringi solent.

Cap. III.

Jusjurandum dilationis (quō jurat quis, se probationes differendae litis causā ab altero non esse petiturum) semel tantum præstatur ab initio litis, nec crebro repeti potest.

Hinc



Hinc desumitz sunt Avth. Hoc sacramentum.
& Avth. In isto. C. de jurejur. propt. cal-
dand.

In reliquis casibus adhuc hodiè juramen-
tum calumniæ speciale rectè defertur, licet
generale præstitutum fuerit, vid. Brunnen.
Proc. Civ. c. 15. num. 5. & 6.

Tit. V. Nov. L.

Constitutio ad Bonum quæsto-
rem exercitus ordinat appellationes à quin-
que provinciis Caria & Cypro & Cycladi-
bus insulis, & Mysia & Scythia, apud
quem oportet eas exami-
nari.

Tit. VI. Nov. LI.

Scenicas non solum si fidejussiores
præstant, sed etiam si jusjurandum dent,
sine periculo discedere.

Mulieres scenicae licet fidejussorem dede-
rint, aut juraverint, quod perpetuo illud
vitz genus continuare velint; nihilominus
tamen semper discedere possunt. Ex tali enim
fidejussione aut jurejurando, tanquam contrà
bonos mores præftito, obligationem oriri
prohibet Justinianus. Exigens tale juramen-
tum, decem libris auri fœminæ illi solvendis,
mulctatur.

Hinc



Hinc desumta est *A th. Quod eis. C. de nupt.*
Hodiè cum vita scenica non sit infamis,
prout deduxit Albericus Gentilis *in tractat.*
defama hodiernorum Comicorum; illa quoque
constitutio amplius applicari nequit.

Tit. VII. Nov. LII.

Ut non fiant pignorationes pro
aliis personis. Et ut sicut Principum do-
nationes non egent gestis monumentorum,
sic nec à privatis Imperatoribus factæ
donationes indigeant.

Cap. I.

Nemo compelli potest, ut pro altero solvat;
nec propterea pignoratio fieri potest.
Quod si quis hoc facere præsumat in quadru-
plum condemnatur & actionem suam amit-
tit.

Hinc desumta est *Auth. Sed omnino. C. ne-*
uxor pro marit.

Et hodiè adhuc ejusmodi pignorationes
sive Repressalia sunt prohibita, nisi fiant
consensu Principis ob denegatam justitiam,
v. Ziegler de jur. Majest. cap. 34.

Cap. II.

Quando privatus Imperatori aliquid donat,
tunc insinuatio donationis non requiritur,
(qvæ



78 Collat. V. Novell. LIII.

(quæ alias accedere debet, si donatio est ultra
500 solidos, §. 2. f. de Donat.)

Hinc desumta est Avib. Item & à privatis C.
de Donat.

Tit. IX. Nov. LIII.

De

Exhibendis & introducendis reis,
& ut hi, qui conveniuntur, post vicesimum
diem praesententur Judicibus: & de iis,
qui juratoriam cautionem exponunt, &
ante litis contistationem absentes fiunt. Et
de hypothecis, quæ appellantur ex casu: &
quæ personæ & quando hoc jus habent. Et
de indoratis uxoribus, ut habeant quartam
partem in substantia viri, & ipse vir in sub-
stantia uxoris, quando inops est,
cui relinqvitur.

Cap. I.

SÆper Rei evocabantur jussu Imperatoris
ad aliud forum, Actores autem deinde ipsi
non comparebant & sic rei magnos sumtus
frustra erogare cogebantur. Huic abusui
obviam ire voluit Imperator constituendo,
qvod Reus quidem, postquam in provinciam
venit, actorem per decem dies expectare te-
neatur, quod tamen elapso hoc decennio sta-
tim



tim recedere possit, & Actor ad resarcienda
damna & expensas condemnari debeat.

Hinc desumta est Artb. *Qvod fieri. C. de dilat.*
Hodiè ejusmodi evocationes ob benefici-
um primæ instantiæ non fiunt.

Cap. II.

Judex Reum non anteà ad aliud forum
deducendum exhibere debet, quam Actor in
eo foro, ubi causam acturus est, caverit, qvod
litem proseqvi, aut si non proseqvatur, vel in
ea succumbat, qvod Reo expensas restituere
velit.

Cap. III.

Dantur hīc indicia xx dierum reis, ad deli-
berandum an contendere velint, an cedere.

Hodiè terminus citationis in ordinationi-
bus Processualibus ut plurimum determi-
natus reperitur.

Cap. IV.

Qui juravit, qvod se judicio sistere velit, &
tamen postea latitat: is, si ante litem contesta-
tam adhuc est, requiritur & ad judicem dedu-
citur. Si vero hoc sit post litem contestatam,
certus terminus ipsi præfigitur, & si intra hunc
non venit, Judex summarie cognoscit & Acto-
rem in possessionem bonorum mittit.

Desumta hīc est Artb. *Et qui jnrant. C. de*
bon. auth. jud. possid.

Noster



Noster Processus profrisus alias est. In Saxonia tamen simile quid reperitur, qvando scilicet Reus contumax condemnatur bis auff Echhoffen/ deinde bis auff die Hūlffe. Simile quid dico, Ne putas me hoc ex praesenti Novella derivare velle.

Cap. V.

Qvaritur hic an militiz, id est, certæ functiones (qvarum nonnullas hic recenset Gothofredus) hypothecæ dari possint, & an valeant etiam defuncto eô, ad qvem militia pertinuit? Resp. Qvæcunque militia vendi possunt, ex quoque possunt oppignorari. Mortuô eô, ad qvem spectabat militia, si adest creditor, qui ad hoc mutuum dedit, ut militia emeretur; is capit ea, qvæ ad defunctum pertinebant. Si talis Creditor non adest, vidua & liberi patris militia fruuntur. Deficiente tandem uxore & liberis, reliqui etiam Creditores admittuntur.

Hinc desumpta est Artb. Qued obtinet, C. de pignor. Pertinet huc qvodammodo, qvod hodiè Creditores, qui ad consequendam dignitatem, qvæ certum salaryum annexum habet, crediderunt; in secundam classem creditorum in concursu eorum referantur, vid. Brunnemann. de Proc. Cred. Conc. c. 5° §. 26.

Cap.

Cap. VI.

Si defunctus Coniux dives fuit, superstes autem inops est; quartam partem hic accipit, licet ad sint liberi. Quid tamen defunctus ipsis per legatum reliquit, in hanc quartam imputatur.

Vid. infra Nov. 117. c. 5.

Tit. IX. Nov. LIV.

Deo

His, qui ex libera matre & adscriptio-
ptatio Patre nati sunt, & ut loca sacra præ-
dia invicem commutare possint.

Cap. I.

Natus ex matre libera & patre adscriptio-
fit ingenuus.

Desumta hinc est Arth. Antiqua Lex. C. de
infant. expos.

Apud nos filii ex hominibus propriis nati,
etiam tales fiunt, licet mater libera fuerit.

Cap. II.

Præter exceptionem Novelle VII quæ habe-
tur in Nov. XVI. alia hic proponitur, ut scilicet
ipsis Ecclesiis & corporibus piis inter se res
suas permutare liceat. Excepta Ecclesia ma-
iore Constantinopolitanâ

Desumta hinc est Arth. Item, C. de SS. Eccles.

F

Tit.



Tit. X. Nov. LV.

Ut de cetero commutationes Ecclesiasticarum rerum non fictè fiant ad piissimum Imperatorem & hoc modò ad alias personas transeant res: & ut liceat perpetuas emphyteves agi ab oratoriis in oratoria, decretô interposito

&c.

R Espicitur ad *Nov. VII. c. 2.* & cavitur, ne illa constitutio in abusum trahatur. Ceterum contenta Novellæ ex ipsa rubrica apparent.

Tit. XI. Nov. LVI.

Ut ea, qvæ vocantur insinuativa^(a) super clericis in majore Ecclesia quidem dentur: in aliis autem Ecclesiis penitus non dentur.

^(a) Sunt munera, qvæ clerici recens ordinati dant aliis Ecclesiæ collegis veteribus pro introitu, anteqvam recipiuntur, Matth. Stephani *b.c.*

Rationem hujus Constitut. dat justianus, ne per venditionem, aut mercationem acquirantur dignitates & officia. Anne ergo hæc mercatio in sanctissima majore Ecclesia licita esse poterat?

Tit.



Tit. XII. Nov. LVII.

Ut clerici, qui recedunt aliis pro eis
subrogatis, præbeant subrogatis emolu-
menta, recedentes autem remeare volen-
tes non suscipi: & ut si quis ædificans eccl-
esiæ, aut aliter in eadem servientibus mini-
strans emolumenta (a) voluerit aliquos cle-
ricos instituere: non fortuitò eos, sed pro-
batione sanctissimi Patriarchæ
suscipiat.

(a) Et sic Jus Patronatus acqvirens. Ædi-
ficatione enim & dotatione ecclesiæ illud ac-
qviritur, Lancellott. Inst. Jur. Can. l. 1. tit. 28.
§. 2. Ibiqve Ziegler. Schilter. Inst. jur. can. l. 1.
tit. 14. §. 6.

Tit. XIII. Nov. LIX.

Ut in privatis domibus sacra my-
steria non siant.

Qratoria habere cuilibet permisum, sed
sacra ibi mysteria peragere severè inter-
dictum, id est, sacra cœna & baptismus ibi ad-
ministrari non debent. Domus, in qua tale
quid peragitur, publicatur, & Episcopus con-
nivens quinquaginta libris auri mulctatur.

Exorbitans illa pœna (quam observavit no-
stris temporibus Rex Galliæ ædes illas, in



84 Collat. V. Nov. LIX.

qua convenerent Reformati, fisco addicens)
papismo ortum debet. Ut enim sacramenta
in publico cœtu administrentur, boni ordi-
nis gratiâ saltē constitutum, quem ordi-
nem violare tantum crimen non involvit.

Tit. XIV. Nov. LIX.

De
Debita impensa in exequiis de-
functorum.

Q
uemadmodum jam suprà Nov. XLIII di-
ctum est, curam funerum tum temporis
non ad privatos, sed ad ecclesiām Constanti-
nopolitanam majorem spectâsse: ita hîc fusē
describitur, qvinam ex clericis funera comi-
tari debeant, & quid iisdem sit persolvendum.
Qvod iqvídem apud nos ne minimam utilita-
tem habet.

Tit. XV. Nov. LX.
Ut defuncti seu funera eorum non
injurientur à Creditoribus, & ut Consiliarii
non suscipiant cognitiones absque
Judicibus.

Cap. I.

S
ummam ejus perspicuè proponit *Artib. I-*
stem. C. de sepulchr. viol. qvæ ex hoc cap. de-
sumta est. Qui domum moribundi accedit,
ipsum



ipsum aliosve, qvi ejus sunt, molestans, aut in rebus ejus non servato legali officio (id est, propriâ autoritate) signacula imponit, ab actione post mortem debitoris cadit & alterum tantum heredibus debitoris solvere tenetur. tercia pars bonorum publicatur & ipse infamia notatur. Eadem poena afficitur, qvi prohibet exeqvias debitoris.

Cap. II.

Judex ipse partes audire & causas controversas decidere, non autem hoc consiliariis sive Assessoribus solis committere debet.

Hinc desumta est *Avth. Ad huc. C. de judic.*

Tit. XVI. Nov. LXI.

Ut immobilia antenuptialis donationis neqve hypothecæ dentur, neqve omnino alienentur à viro, nec consentiente uxore: nisi posteà satisfieri possit uxori,
(a) hæc verò etiam in dote valere.

(a) Ex aliis scilicet mariti bonis, & uxor post biennium denuo consentiat.

Summa hujus novellæ jam ex rubrica patet, atqve hinc desumta est *Avth. Sive à me. C. ad Sc. Vellejan. & Avth. Permissa. C. de don. ante nupt.*

F 3

Tit.



Tit. XVII. Nov. LXII.

De

Ordine Senatorum,

Tit. XIX. Nov. LXIII.

De

**Novi operis nunciatione maritimi
aspectus.**

Ocasionem atque sensum hujus Novellæ
concisé & perspicuè proposuit Gotho-
fredus; unde, cum ejus apud nos nullus usus
superfir, Lectorem eò remittimus.

Tit. XIX. Nov. LXIV.

De

**Hortulanis Constantinopolitanae
Civitatis.**

Tit. XX. Nov. LXV.

**Ut terrulæ, aut domus, aut vineæ,
sanctissimæ Ecclesiæ Mysiaæ, in redemptio-
nem captivorum aut alimoniam pauperum
relictæ, possint alienari secundum compre-
hensam hâc lege distinctionem. (a)**

(a) Si scilicet redditus earum sit incertus ex-
que procul à civitate sitæ, aut si testator volue-
rit eas yenundari & ex pretio pauperes a lere,
vel captivos redimere.

Tib



Tit. XXI. Nov. LXVI.

Ut factae novae Constitutiones post insinuationes earum post duos menses valeant. Parcit autem non custodientibus subtilitatem constitutionum super testamentis in relinqvendo quadrante, aut non subscribendo nomen heredis, aut non dicendo.

Cap. I.

§. 1. Intra duos menses à tempore publicatio-
nis se aliquis ignorantia legis noviter latet
ad huc validè excusare potest.

(Hoc hodiè vix procedet)

§. 2. Excusantur ergo & illi, qui non iuxta
l. 29. C. de testam. heredis nomen haec tenus
propriā manu scripserunt, prætendentes illius
ignorantiam.

§. 3. seqq. Excusantur & illi, qui non juxta
Nov. 18. haec tenus legitimam portionem deter-
minarunt.

Tit. XXII. Nov. LXVII.

Ut nullus fabricet oratorii domos
præter voluntatem Episcopi, & ut deputet
prius, quæ circa diligentiam & statum fabri-
cati oratorii sufficient: & ut Episcopi non
desine

desint suis Ecclesiis ; & de alienatione eccl^{ie}
clesiasticarum rerum immobi-
lium.

Cap. I.

Nec monasterium, nec templum, nec dominus orationis est ædificanda, priusquam Deo amabilis Episcopus orationem in loco faciat & crucem figat. Multi enim non orthodoxas ecclesias extruxerunt, sed speluncas illicitas, (i. e. templo hæreticorum,)

Cap. II.

Non aliter licet templum de novo extruere, nisi antea ædificans destinet quantum sufficit & ad luminaria & ad sacrum ministerium & ad templi conservationem & clericorum sustentationem. Si tantum non habet in bonis, & nihilominus tamen ædificare gestit; templo ruinosa reficere potest.

Apud nos sine præscitu Principis (vel quod eum repræsentat, Consistorii) etiam templo extruere non licet.

Cap. III.

Repetitur hic *Nov. VI. c. 2.*, ne Episcopus ultra annum ab Ecclesia absit. Sin secus, reditus ipius ad sacros interim usus applicantur.

Cap. IV.

Decretum super alienatione rerum eccl^{ie}
clesiasticarum immobilium, cuius mentio fit in
Nov.



Nov. XLVI. debet ita fieri, ut non solum ejus loci Episcopus & clerus, sed etiam Metropolitae Episcopus adsit. Si in metropoli alienatio facienda, duos ex synodo Episcopos adhiberi oportet.

Apud nos Consistorium decretum interponit.

Tit. XXIII. Nov. LXIX.

Vt Constitutio sacratissimi Imperatoris de successionibus nuptialium lucrorum, quæ apædiae, id est, non extantium liberorum lucra introducit (a) obtineat in his factis, quæ acciderunt post constitutio-

nem: in his autem factis, quæ ipsam præcesserunt, Leonis constitutio (b) lo-

cum habeat.

(a) *Nov. II. c. 3.* (b) *I. 6. C. dc sec. nupt.*

Tit. XXIV. Nov. LXIX.

Vt omnes obedient Judicibus Provinciarum & in criminalibus & in pecuniariis & ibi negotia examinentur, nullo excepto per privilegium: nec hinc conventi deducantur, nisi sacra pragmatica forma exhiberi quæmpiam jusserit.

Cap. I.

REI ex variis causis, præcipue propter alle-

F 5

gata



9^a

Collat. V. Novell. LXIX.

gata privilegia, jurisdictioni ordinariae se subtrahere nitebantur, qvod in totum hic prohibetur.

Desumta hinc est *Artib. Qva in provincia. C.
Ilbi de crimin.*

Cap. II.

Si reus conventus dicat, qvod non suô, sed alienô nomine possideat: tunc tertio illi, quem nominat, certus terminus [qui hic in textu determinatur, hodiè autem arbitrarius est] præfigitur, ut veniat & se defendat. Qvod si ille non veniat, contra possessorem proceditur.

Cap. III.

Si nemo planè adsit, qvirem defendat, vocatur legitimâ voce (id est, citatur voce præconis) & si non comparet, in contumaciam proceditur.

Ita & apud nos, nisi qvod citatio vel ad domum, vel edictaliter etiam fiat.

Cap. IV.

Nemo exceptionem fori objiciat ex quaque cunqve causa, & licet forsan rescriptum imperaverit, hoc tamen valorem non habeat.

Hodiè in arbitrio Principis est, qvid hac parte statuere velit.

Tit. XXV. Nov. LXXI.

Vt ordinariae Praefecturae Vrba-

nz



hæ & prætorianæ duæ & præfecturæ, qvæ in cingulo & qvæ in actu sunt, solæ, non etiam honorariæ liberent à curiali for-
tuna.

Tit. XXVI. Nov. LXXI.

Vt ab Illustribus & qvi super eam dignitatem sunt, omnimodo super pecuniariis causis, sed & injuriarum criminaliter per Procuratorem dicantur: clarissimis au-
tem in pecuniariis licere eis & per pro-
curatorem & per se litigare.

Dicitur hîc utrumqve inconveniens esse, ut vel sedeant *Illustres magnificientissimi* simul cum Judice, vel ut stent tanquam litigantes. Ergo eos per procuratores comparere debere.
Qvod hodie non attenditur.

De differentia inter *Illustres & Clarissimos* v.
Gothofr. ad l. 100. ff. de V.S. & ad rubr. tit.
C. de Tut. & Cur. *Illustr.* & *clariss. person.* Cal-
vinus in Lex. Jurid. Voc. Clarissimi.

COLLATIO VI.

Tit. I. Nov. LXXII.

Vt hi, qvi obligatas se habere per-
hibene



hibent res minorum, aut obligati sunt eis,
ad eorum gubernationem penitus
non accedant, &c.

Cap. I.

Creditor aut Debitor pupilli vel minoris,
non potest ejus tutelam vel curam ge-
rere.

Excipiunt communiter, nisi testamentô
datus sit, & Pater eum talem esse sciverit,
Montanus de Tutel. c. 9. n. 72. Stephanus hic
num. 8.

Cap. II.

Quod si tutor durante tutela creditor pu-
pilli vel debitor efficiatur pupilli; curator ipsi
est adjungendus.

Ex hoc Cap. nec non ex Cap. IV. & V. qvz
in seqventur, desumpta est Auth. Minoris. C.
Qui dare tutores.

Cap. III.

Sed posset hâc ratione quilibet se Tutelæ
oneri subducere, prætendendō, qvod sit cre-
ditor pupilli? huic occurritur in hoc cap. &
statuitur, qvod ejusmodi allegationi non sim-
pliciter & semper credendum sit, nisi jura-
mentô corroboretur.

Cap. IV.

**Qui se Creditorem aut Debitorem pupilli
esse tacuit, & tamen tutelam acceptavit;** is
jure

jure crediti cadir, & si debitor est, solutiones tempore tutelæ factæ ipsi non proficiunt.

Cap. V.

Tutori vel Curatori non potest cedi actio contra minorem nec durante tutela vel cura, nec eam finita. Qvod si tamen fiat, cessio est nulla, cedens & cessionarius jus suum amittit & hoc minoris lucro cedit,

Cap. VI.

Tutores non sunt obligati, ut minorum pecunias mutuò dent, sed sufficit, si eas caute asservent. Si verò sponte mutuò dent, mutui periculum ad eos pertinet. Conceditur tamen ipsis laxamentum duorum mensium per singulos annos, ad idoneos fœneratores perqvirendos.

Cap. VII.

Pupillus si habet redditus sufficientes, eos expendit Tutor. Quæ non consumuntur, asservat. Qvod si tota pupilli substantia in mobilibus consistat; tantum est mutuò dan dum, quantum ad necessitatem pupilli pertinet. Licitum quoque est ex pecunia abundantanti annuos redditus emere, modo venditor sit idoneus, alias periculum sustinet Tutor.

Ex Cap. VI & VII desumpta est *Auth. Novissimè. C. de administr. tut.*

Cap. IX.

Si usuræ non sufficient ad pupilli necessita tes



94 Collat. VI. Novell. LXXIII.

res Tutor qvoad reliqua, ut in rebus propriis ficeret, procedere debet. Et hunc in finem jurejurando est obstringendus, qvod eum tamen à rationum redditione non liberat.

Hinc sumta est Artb. *Qvod nunc C. de Curat. furios.* Hodiè juramentum ubique non exigitur, sed sufficit feré promissio stipulata manu facta, Sie geloben vermittels Hand schlages an.

Tit. II. Nov. LXXIII.

De

Instrumentorum cautela & fide, &c.

Cap. I. & II.

Qui vult cautè deponere, non soli credat accipientis scripturæ, sed advocet qvoque tres testes. Tunc enim scribens cautionem (den Depositions-Schein) non potest excipere, qvod hoc non scripscerit. Idem in mutuo obtinet.

Hinc desumpta est Artb. *Si quis vult. C. Qvi potior in pign.*

Cap. III.

Qvod si testes discrepant à scriptura, tunc testium depositio jurejurando firmata scripturæ præfertur.

Cap.



Cap. IV.

Si quis cautelam suppeditatam in *Cap. I.* negligat, ex sola scriptura (si ea in dubium vocatur ab adversario) intentionem suam probare nequit. Potest tamen jusjurandum alteri deferre.

Cap. V.

Instrumenta à Tabellione subscripta nondum probant, nisi testium qvoqve subscriptio accedat.

Cap. VI.

Si qua signa chartis adscripta reperiuntur, etiam hæc sunt investiganda. Potest enim hoc interdum maximum causæ momentum adferre.

Cap. VII.

Testibus & Tabellione absentibus aut mortuis, ille qui jus ex instrumento prætendit, petere potest, ut fiat ejus comparatio cum aliis Notarii scripiuris. Petens tamen hoc de calunnia jurare tenetur. Tabellio vivens instrumentum jurejurando confirmat, licet per alium ministrantem sibi hoc scriperit. Sed si hic vivit & præsens est, ipse jurare tenetur.

Cap. IX.

Imperiti literarum, si caute contrahere volunt, & testes & tabularios adhibere debent, Testes non minus quinque, quorum quidam scri-

scribunt pro illiterato, quidam autem attestantur, rem ita gestam esse.

Cap. IX.

Contractus sine scripto celebrati vel per testes, vel per jurandum alteri delatum probari possunt.

Desumta hinc est *Avtb.* At si *C. de fid. instrum.*

Tit. III. Nov. LXXIV.

Qvibus modis naturales filii efficiantur legitimi & sui, supra illos modos, qvi in superioribus constitutionibus continentur. (a)

(a) vid. *Nov. XII. C. IV.*

Cap. I.

Primus modus est, si in uxorem ducat eam, ex qua liberos naturales suscepit.

Cap. II.

Secundus modus est per preces Imperatoris oblatas & Rescriptum imperatum.

Hinc desumta est *Avtb.* Præterea. *C. de natural. lib.*

Qvod etiam fieri potest post mortem patris, si Pater in testamento dixerit, qvod filii naturales ipsius legitimi successores esse debant.

Hinc desumta est *Avtb.* Item. *C. eod.*

Cap.



Cap. III.

Adoptio olim quoque modus legitimandi
erat, quem tamen Justinianus sustulit.

Cap. IV.

In nuptiis eorum, qui in maiore dignitate
constituti (i. e. senatores,) dōs & antenuptialis
donatio & sic solennia instrumenta dotalia
reqviruntur. In nuptiis eorum, qui in mi-
litia honestiore & possessione digniore vivunt,
attestatum clerici sufficit. In nuptiis militum
& agricolarum nec scripturā opus est.

Hodiē indistincte benedictio sacerdotalis
exigitur in Germania.

Cap. V.

Qui fœminam in domum suam dedit,
amore & concupiscentiâ ipsius ductus, & sa-
cra tangit evangelia jurans, quod eam uxorem
ducere velit, posteā autem scopum suum asse-
cetus eandem iterum dōmō expellere inten-
dit: hoc facere neutiquam potest, sed eam
retinere debet, & liberi ex tali fœmina suscepiti
pro legitimis habentur.

Cap. VI.

Explicatur hīc, quod *naturales* opponantur
iis, qui ex damnato coitu, id est, ex adulterio
vel incestu nati.

G

Tit.

Tit. IV. Nov. LXXV.

De Appellationibus Siciliæ.

Tit. V. Nov. LXXVI.

De Monachis.

DEclarat hæc Novella alteram supra in ordine *quintam*, quod scilicet ea ad casus saltem futuros, non præteritos pertineat.

Tit. VI. Nov. LXXVII.

Ut non luxurientur homines contra naturam, nec jurent per capillos Dei, aut aliquid hujusmodi, neque blasphemantur in Deum.

STatuitur hic pœna ultimi supplicii in eos, qui sodomiam & blasphemiam committunt.

Juxta *Conf. Crim. Art. 116.* sodomia igne punitur. In Saxonia tamen ea pœna saltem locum habet, si concubitus cum bestia pratatus, alias pœna gladii obtinet, Carpzov.

Pr. Crim. qv. 76. n. 16.

Pœna blasphemie in DEum immediatè commissa est capitisi, vel mutilatio membra-
rum, v. id. *qv. 45.*

Tit.

Tit. VII. Nov. LXXIIX.

**Ut liberti de cetero aucteo non inde-
digeant annulo & ut pristinis restituantur
natalibus, &c.**

Cap. I.

Olim liberti non omnium jurium erant capaces, quae ad ingenuos spectant, nisi imperator annulorum aucteorum jure & factâ natalium restitutione, quam regenerationem hîc appellat Imperator, (vid. tit. ff. & C. de natal. rest. & jure aur. annul.) Sed hoc abrogatur in hoc cap. I. & liberti ingenuis æqviparantur, si hac formulâ manumissi, ut cives Romani fierent.

Hinc desumpta est Auct. Sed hodie, C. de jure aur. ann.

Cap. II.

Salva tamen manent jura patronatus, nisi nominatio remissa fuerint. Unde, si ejusmodi manumissi sint ingrati, adhuc & post hanc constitutionem in servitutem revocari possunt.

Cap. III.

Qui libertam suam in uxorem ducere vult, ille hoc, cujuscunq; dignitatis sit, jure facere potest confessis tamen instrumentis dotalibus. Et liberi ex tali matrimonio, vel antea

G 2 etiam



etiam nati, omnibus ingenuorum juribus fru-
untur.

Hinc desumta est Artb. Sed novo jure. C. de
nupt.

Cap. IV. & V.

Imo si quis ex ancilla liberos suscepit,
eamque poste à manumittat & in uxorem du-
cat dotalibus instrumentis confectis, liberi
mox jura ingenuitatis conseqvuntur nec ma-
numissione qvoad illos opus est.

Hodié liberos & ancillas Romanorum non
habemus, atqve adeò omnia illa extra usum
sunt. Controversias de jure hominum no-
strorum priorum ex jure Rom. decidere
velle, qvod sxpè facit Mevius in tract. vom
Zustande und Abforderung der Bauren / &
alii, valdè inconveniens est.

Tit. IIX. Nov. LXXIX. Apud qvos oporteat causas dicere

Monachos & ascetrias.

MOnachi & omnes, qui in monasteriis re-
periuntur, forum sortiuntur coram Epi-
scopo. Qvod si Judex Laicus sibi jurisdictionem
in eos arrogaverit, pena decem librarum
auri ipsi dictatur & ab officio removetur.

Hinc desumta est Artb. Causa C. de Episc. &
Cleric. Juxta l. 33. C. 1. d. 1. in causis civilibus
adhuc coram Judice seculari conveniri pot-
erant.

Collat. VI. Novell. LXXIX. 202
erant; sed principia clericalia hoc non am-
plius patiebantur.

Tit. IX. Nov. XXX.

De Qvæstore.

Tit. X. Nov. LXXXI.

De Solutione patriae potestatis.

Episcopatus, Consulatus & omnis dignitas,
qvæ à curia excusat, de qua v. *Nov. 38. & 70.*
qvoque à patria potestate liberat. Ita tamen,
ut jura familiaria non mutentur, prout alias per
emancipationem fieri afolet.

Hinc desumta est *Artib. Sed Episcopalis. C. de
Episcop. & Cler.*

Habetur in *prefat. huj. Nov.* qvod emanci-
pation Olim facta fuerit *cum injuriis & alapis,*
*de quo fuse agit Huberus in Digression. P. i.
l. 1. Cap. 4. §. 4.* Simile quid habemus hodie
in aulis bey dem Wehrhaft Machen / qvod
tamen ex moribus Romanis non deduci
posse puto.

Hodiè qvævis separatio, qvando liberipro-
priam œconomiam instituunt, wenn jemand
seine eigene Nahrung und Haushaltung ana-
stelleit, liberat à patria potestate, v. *Colerus
Decis. 41. n. 8.* *Mev. ad jus Lubec. l. 1. tit. 3.
num. 24.*

G 3

Tit. XI.



Tit. XI. Nov. LXXXII.
De Judicibus, &c.

Cap. I. & II.

Non omnes promiscuè in Judices pedaneos eligi possunt, sed Justinianus hīc certos ipse denominavit, Anatolium, Flavium, &c.

Cap. III.

Sedere hi debent in regia basilica à mane usqve ad vesperam & causas controversias audire.

Reliquæ, qvæ hīc habentur, nullius usus sunt, qvia Judices pedaneos non amplius habemus, præterqvam qvod ea, qvæ disponuntur in Cap. XI. ad arbitros nostros soleant applicari, qvod scilicet compromissum non jurato iniri, sed potius sub certa mulcta fieri debeat, qvâ solutâ alteri à Laudo arbitri recedere licet.

Tit. XII. Nov. LXXXIII.
Ut Clerici apud proprios Episcopos primum conveniantur & post hoc apud civiles Judices.

Clerici in civilibus coram Episcopo conveniuntur, v. Nov. LXXIX, ubi processus sine scripto peragitur. Qvod si tamen Episcopus

scopus vel nolit, vel non possit, tunc demum ad Judicem secularem recurritur.

Ratione criminalium distingvi oportet, an crimen commissum sit *commune*, v. g. homicidium, furtum, &c. an *ecclesiasticum*, v. g. Simonia, inobedientia erga superiorē &c. Priori casu Judex secularis cognoscit, pœnam tamen non infligit, nisi præviā degradationē, (qvæ & apud nos adhuc interdum fieri solet, ita ut clericō delinqventi tunica clericalis in Confistorio detrahatur;) Posteriori casu cognoscit Episcopus.

Desumta hinc est ex parte *Avtb.* *Nisi breves.*

C. de sentent. & interloc. v. c. fin. *X de judic.* c. 9.

X. ne cleric. vel mon. secul. negot. Brunnem.

Proc. inqvis. c. 3. n. 28. 29.

Tit. XIII. Nov. LXXXIV.

De

Consanguineis & uterinis.

fratribus.

QUAMDIU adsunt fratres germani, & consanguinei & uterini (imo etiam defuncti pater) excluduntur. Deficientibus autem Germanis consanguineis bona cedunt, qvæ a patre acquisiverat defunctus, uterinis, qvæ a matre, in reliquis succedunt æqualiter.

Hinc desumta est *Avtb.* itaque, *C. Commun. de success.* In eo tamen, quod frater germanus

G 4 patrem

patrem defuncti excludat, huic novelle derogatum est per Nov. 118. c. 2.

Tit. XIV. Nov. LXXXV.

De Armis.

Summa hujus novellæ est, qvod nemo pri-
vatus arma fabricare debeat, nisi sit ex
numero fabricensium, qvibus hoc concessum
erat.

Deinde etiam prohibetur, ne privati arma-
ment & gestent, præter cultellos minores,
qvibus nemo in pra liis utitur.

De jure *Armandia* sive fabricandi arma,
qvod & de moribus Longobardorum (2. F.
56.) ad regalia pertinet, v qvos allegat Il-
lustr. Dn. Stryk. Ex. Jar. Feud. c. 9. qv. 5. Ho-
diè qilibet arma fabricat, possit tamen
hoc jus iterum ad regalia referre Princeps.
*Q*uinam apud nos arma gestare possint, hoc
regulâ universali definiri nequit, sed mores
civitatum variant.

Tit. XV. Nov. LXXXVI.

Vt Praesidi suspecto in audiendis
litibus adjungatur Episcopus.

Dictum est in Nov. LXXXIII. qvod interdum
in causis clericorum Judex quoque secu-
laris cognoscere possit. *Q*vod si tunc suspe-
ctus

Collat. VI. Nov. LXXXIX. 105

Etus sit iudex secularis, sanctissimus Episcopus ei adjungitur & ita causa deciditur,

Eiusmodi adjunctio Commissarii vel Notarii, apud nos in quibusunque casibus suspecti judicis obtinet & in aequitate naturali fundata est.

Tit. XVI. Nov. LXXXVII.

*De mortis causâ donatione Curi-
rialium.*

Deturiones antea non quidem inter vivos (per *Nov. XXXIX.*) mortis tamen causâ donare peterant res immobiles. Qvia tamen hâc occasione legi fraus fiebat, dum ejusmodi donationibus pactâ de non revocando adjiebant; ergo hic Imperator etiam donationes mortis causâ factas generaliter prohibet. Licitum tamen est dotis vel donationis propter nuptias causâ donare. Venditio etiam est permissa.

Hæc Novella hodie extra usum. Nihil enim, quod de Curialibus in jure Romano habetur, ad nostros hodiè applicari potest.

Tit. XVII. Nov. LXXXIX.

De

*Deposito & denunciationibus In-
qüilinorum & de suspendenda admi-
nistratione panum.*

G 5

Cap.



Cap. I.

Depositarius non attenta denunciatione tertii alicujus (qui se Creditorem depositoris esse prætendit) depositum nihilominus restituere potest. Quod si tamen ex hac denunciatione mora in restituendo contingat, denuncians casum fortuitum præstat & usuras trientales solvit.

Sed an deponens depositario hōc casu ad cautionem præstandam obligatus erit? Ita habetur in *l. pen. C. Depos.* Sed cum in hac Nov. restitutio simpliciter injungatur Depositario, simul quoque illa obligatio corruit. Depositarius enim justam exigendæ cautionis causam prætenderet nequit. Diff. Gothofr. & Stephani *ad b.l.*

Cap. II.

Eādem ratione & Inquilinus locatori pensionem, & Præfectus annonæ publicæ stipendia, salario & panes civiles non attentâ cujuslibet privati prohibitione solvere tenetur, additâ eadem pœnâ, si ex hac prohibitione mora & damnum contigerit.

Desumpta hinc est *Ayb.* Sed jam cautum. *C. Depos.* Apud nos quidem arresta sunt permitta; Sed tamen & illa publicâ Magistratos autoritate fieri debent.

COL-



COLLATIO VII.

Tit. I. Nov. LXXXIX.

Qvibus modis naturales efficiantur sui & eorum ex testamento sive ab intestato successione.

Cap. I.

Repetitur hic, qvod legitimi liberi dicantur, qvi ex nuptiis justis nati, id est, vel accedentibus pactis dotalibus, vel affectu ad minimum conjugali, juxta distinctionem in *Nov. LXXIV. c. IV.* contentam.

Cap. II. usqve ad VII.

Illegitimi autem iura legitimorum consistuntur (1) per oblationem curiæ, si quis filios offert curiæ, vel filias curialibus copulat.

Hic modus omnium confessione apud nos cessat. Neque enim apud nos homines munera Curiæ subterfugiunt, sed potius, qvisnam ea præ altero habere debeat, maximoperè certant. Unde nec penuria Curialium metuenda.

Cap. IIX.

Secundus modus legitimandi est per subse-
quens matrimonium accedentibus dotalibus
instrumentis, v. *Nov. XII. c. IV.* & *Nov. LXXIV.*

Cap.



Cap. IX.

Tertius, per Rescriptum Principis, liberis legitimis non extantibus.

Quin tamen & Princeps extantibus liberis legitimis naturales per Rescriptum legitimare possit, nullum dubium adest. Sed tunc cum legitimis regulariter non succedunt.

Cap. X.

Quartus est, si pater in testamento scripsit, quod filios naturales sibi legitimos esse velit successores & confirmatio Principis accedat, v. Nov. LXXIV. c. II.

Cap. XI.

Invitus autem nemo legitimatur. Modus legitimandi per adoptionem abrogatur, vid. Nov. LXXIV. c. 3. Ceterum liberi legitimati ut legitimi succedunt.

Cap. XII.

§. 2. Quod si Pater liberorum naturalium testamentum condat, tunc ultra unciam iis relinqvere nequit, quam cum matre dividunt, si scilicet liberos legitimos quoque habeat. vid. Nov. XII. c. V.

§. 3. Deficientibus liberis legitimis, si ascendentis adsunt, his portio legitima relinquenda, reliqua liberis naturalibus relinqvi possunt. Deficientibus quoque ascendentibus, ex affe-
cione instituendi pater potestatem habet.

§. 4.



§. 4. Si ab intestato moritur Pater, & nec liberos legitimos nec conjugem legitimam relinquit: naturales duas accipiunt uncias cum matre (qvæ portionem virilem exinde percipit) partiendas. Modò Pater non plures unâ habuerit concubinas. *Quod si defunctus liberos vel conjugem post se reliquerit, vid.*

Nov. XIIX. c. 5.

Desumta hinc est *Avtb. Licet. C. de natur. lib.*

Cap. XIII.

Qvibus casibus liberi naturales parentibus succedunt, aut alimenta ab iis accipiunt: iis qvoqve casibus parentes illis succedunt & alimenta conseqvuntur.

Cap. XIV.

Pater filiis naturalibus qvoad ea bona, qvæ ipsis donat, aut testamento relinquit, tutorem dare potest, confirmandum tamen. Mater qvoqve naturalium tutelam gerere potest.

Cap. XV.

Liberi ex damnato coitu nati, e. g. incestuosi & adulterini, ne alimenta qvidem percipiunt.

Dispositio irrationalibilis, meritò emendata per c. 5. *X. de eo, qui dux. in ux.*

Desumta hinc est *Avtb. Ex complexu. C. de incest. & inyust. nupt. & pars Autb. Licet. C. de nat. lib.*

Tit.



Tit. II. Nov. XC. De Testibus.

Cap. I.

TESTES in judicio producti integræ existimationis esse debent & vitæ inculpabilis atque moderata. Non vilissimæ conditionis aut nimis obscuri.

Priores vocantur à DD. *Classici*. Postiores quidem simpliciter non repelluntur, plenam tamen fidem non faciunt.
Testes veritatem corruptentes, experimentum verberum pati necesse habent.

Cap. II.

Solutio seu numeratio pecuniaꝝ non probatur testibus, nisi qui specialiter ad id rogati sunt, & chirographo subscripserunt, (*Cap. III.*) si ergo fortuitò solutioni interfuerunt, nil probant.

Hinc desumpta est *Artb. Rogati. C. de testib.*

Cap. III.

Testis sibi ipsi contrarius, nullam fidem meretur. Si ab aliis contestibus discrepat, Judex arbitrii debet, qvænam testatio alteri præferenda.

Cap. IV.

Qvamprimum aliquis didicit testificata, ad ulteriore testium productionem progredi non

non potest. Qvod si nondum didicit, quartâ adhuc vice novos testes producere potest, modo jurer, sibi attestata priorum testimoniis nondum innotuisse, nec se aliquid dolosè hîc machinari.

Hinc desumpta est *Avtb. At qui semel C. de probat.* Hodiè per Rec. Imp. noviss. tertia tantum produc̄tio eit licita, vid. Stephan. *ad b. l. n. 19.* & supponendum eft, eas productiones fieri, anteqvam terminus probatorius labitur.

Cap. V.

Testes, qui sunt sub alterius jurisdictione, Judicis decreto (nôstri vocant *lites as subsidiales*) coram suo Judice examinantur & atestata deinde ad forum, ubi causa ventilatur, transmittuntur. In criminalibus tamen præcisè in foro inquisitionis examinandi, ut confrontatio fieri & testes torturæ pro re nata subjici possint.

Hinc desumpta est *Avtb. Apud eloquensissimum. C. de fid. instrum.*

Testi quando tortura irrogari possit, fusè exponit Brunnem. *Proc. inquis. c. 8. Membr. 2. n. 77. seqq.*

Cap. VI.

Servus testis esse non potest, benè tamen libertus. Qvod si quis se pro ingenuo aut libe-

liberto gerat, posteriori autem casu manusmissionem probare nequeat, aut priori casu contrarium probetur; tunc testimonium, quod dixit, iterum evanescit.

Desumpta hinc est Avth. Si testis. C. de testib.

Cap. VII,

Accusator in criminalibus contra accusatum in aliis causis testis esse nequit, sed statim repellitur. Si vero inimicitia ex lite civili tantum proficiuntur, ad testimonium admittitur, alteri tamen Exceptiones salvæ manent.

vid. d. Avth. Si testis.

Cap. IX.

Qui in negotio aliquo mediatoris sive arbitri vice functus est, in illius disceptatione aliter ad testimonium dicendum compelli nequit, nisi utraqve parte consentiente.

Cap. IX.

Testium productio nonnisi præsente adversario fieri debet, (cui apud nos cum Citateione articuli ad danda interrogatoria transmittuntur,) quod si tamen hic citatus contumaciter emanserit, nihilominus procedatur.

Hinc desumpta est Avth. Sid. Et si quis, C. de testib.

Tit. III.

Tit. III. Nov. XCI.

Ut exactione instantे dotis primæ
& secundæ viro ad secunda vora migranti
præponatur uxor prima, vel ex priori ma-
trimonio filii: & si voluerit uxor, aut is,
qui pro ea dotem scripserit, dare viro quæ
scripta sunt, distulerit autem vir suscipere:
soluto matrimonio exigi eum ab ea etiam
conscriptam antenuptialem do-
nationem.

Rubrica hæc summam totius Novellæ ex-
hibet, ex qua desumpta est *Artb. Si quid. C.*
qui pot. in pign. Requiritur tamen in c n. hujus
novellæ, ut si dos promissa in mobilibus con-
sistat, ea realiter offeratur & deinde depo-
natur.

Tit. IV. Nov. XCII.

De

Immiensis donationibus in filios factis.

Liberi, quibus Parentes aliquid donarunt,
hereditate abstinent possunt paterna, do-
nationibus in ipsos collatis contenti. Qued
si tamen per ejusmodi donationem reliquo-
rum legitima lœsa sit, (quaæ computatur ex eo

H tem-

tempore, anteqvam donatione exhausta fuit paterna substantia) hanc legitimam supplere tenentur.

Hinc desumpta est Avth. Ilnde & si parens. C. de inoff. test.

Tit. V. Nov. XCIII.

De

Appellationibus.

Juxta Nov. XLIX. c. i. appellatio intra bienium ad finem est perducenda. Hic tamen habetur exceptio, ut scilicet, si post interpositam appellationem partes causam ad arbitrios deferant & interea illud biennium decurrat, ut hoc non noceat partibus, licet postea causam iterum coram Judice appellationis peragere velint.

Hinc sumpta est Avth. Si tamen. C. de tempor. & reparat. appellat. qvod & in aliis fatalibus ita observari solet, ut pendente transactione illa non currant, excepto fatali introducendæ appellationis, v, qvæ dixi ad Novell. XXIII. c. i.

Tit. VI. Nov. XCIV.

Ut sine prohibitione matres debitrices & creditrices tutelam gerant minorum, neque jusjurandum præsent, qvod non venient ad secunda vota.

Habe-

HAbetur hic exceptio eorum, quæ disponuntur in *Nov. LXXII.* Ratio est, quia propter maximum illum amorem, quō erga liberos feruntur matres, non præsumitur liberis ullum præjudicium ex hac tutela esse obvenaturum.

Deinde abrogatur *l. 2. C. quondam. mul. tut. off. fung.* juxta quam mater jurare debebat, se ad secundas nuptias non esse transiitram, quod multis perjuriis ansam dedisse dicit Imperator. Sufficit ergo nulla promissio, eō ipso tamen mater, quando ad secunda vota transit, tutela excidit.

Desumpta hinc est *Artb. Sacramentum.* &
Artb. Ad bac. C. quondam. mul. tut. off.

Tit. VII. Novell. XCV.

De Administratoribus,

Tit. VIII. Nov. XCVI.

De

Executoribus & de iis, qviconcēniuntur & reconveniuntur.

Cap. I.

Colludebant sēpē actores cum executoribus litium & temerarios processus instiuebant, eōque ipso reis maximum præjudicium inferebant, cui hic obviari voluit Imperator constitutō, actores cavere debere,

H 2

quod



quod intra duos menses litem contestari, vel alias omne damnum resarcire velint.

Hinc desumta est *Artb. Libellum* verò. *C. de Litis contesi.* Hodiè hæc cautio extra usum & cavit saltem actor de reconventione & expensis.

Cap. II.

Actor conventionem instituens, coram eodem judice ad reconventionem respondere tenetur. Licet tamen reo intra 10 dies Judicem, coram quo conventio instituta, recusare.

Desumta hinc est *Artb. offeratur. C. de liusc.* necnon *Artb. Et consequenter. C. de sent.* & *interloc.* Recusari hodie potest Judex semper ante litem contestatam nec hic terminus 10 dierum obtinet amplius.

Tit. IX. Nov. XCVII.

*De*Æqualitate dotis & propter nuptias
donationis, &c.

Cap. I.

DOs & donatio propter nuptias ejusdem quantitatis esse debet, ac ejusdem generis promissio.

Hinc desumta est *Artb. æqualitas. C. de pact.* *conv.* Hodiè donatio propter nuptias de-
pen-

pendet ab arbitrio contrahentium. Ut plurimum dote major est & duplicitas ejus usurias continet, de qua consuetudine DD. passim testantur, in specie Stephani *ad h.l.* num. 13.

Cap. II.

Si dos augetur, quod fieri potest, donatio quoque propter nuptias augenda est. Non autem hoc debet fieri simulatè & in fraudem Creditorum.

Hinc desumpta est *Artib.* Sed jam necesse. C. de don. ante nupt. Hodiè quoq; illud augmentum fecus.

Cap. III.

Illi, qui ad navem comparandam, aut fabricandam, aut reparandam; vel ad domum ædificandam: vel ad emendum agrum aut aliquid horum crediderunt, in ea re antiquioribus etiam præferuntur creditoribus, non tamen mulieri dotem repetenti. (Lepida hæc est ratiocinatio, qua adjicitur: *quia fornicationibus mulieribus ex proprio corpore aliquis advenia questus & ex hoc questu vivunt, absurdum esset, si mulieribus fornicationem adversantibus & que semetipsas atque substantiam ad virum introducant, nullus esset a viris male degentibus questus.*) Dos ergo & illa credita ex prioritate temporis astimantur. Donationi tamen propter nuptias præferuntur istiusmodi creditores.

H 3

Hinc

Hinc desumta est Avth. Quo jure. C. qvi pot. in pign. v. Brunn. de conc. cred. c. 5. §. 39. cui tamen in eo assentire non possum, qvod in §. 40. privilegium hoc, cuius mentio fit in cap. pref. illi deneget, qvi ad rem emendam credidit. Repugnat enim textus novellæ.

Cap. IV.

Ille tamen creditor doti præfertur, qvi credidit ad emendam militiam & sibi specialiter jus pignoris & privilegii stipulatus est, accedente scriptura & testium subscriptione.

vid. d. Avth.

Cap. V.

Si dos, qvam Pater filiæ dedit, generò defunctò ad Patrem fit reversa, filia autem ad secundas nuptias transeat, tunc Pater eandem ipfi dotem sine diminutione iterum constitutere tenetur, nisi forsan damnum in facultatibus suis passus sit.

Hinc desumta est Avth. Sed qvamvis. C. de rei ux. act.

Cap. VI.

Tenetur filia dotem acceptam conferre. Quid verò si maritus eam consumserit & non sit solvendo, qværitur, an hoc damnum filia ferre teneatur? Resp. Aut est sui juris & perfectæ ætatis, aut non. Priori casu sibi imputare debet, qvod maritò ad inopiam vergente dotem non repetierit. Posteriori autem casu negli-

negligentia patris, qui agere debuisset, ipsi
necere nequit.

Hinc desumta est *Avtb. donationem. C. de
jure dot. & Auth. Qvod locum. C. de Collat.*

Tit. X. Nov. XCIX.

Neque virum, quod ex dote est.
neque mulierem ex sponsalitia largitate lu-
crum proprium habere: Sed servare do-
minium suis filiis, vel si ad secundas nuptias
non veniant, usu iolo in lucro consistente:
& ut ex repudio transigentes nuptias lu-
crantes aut dotem aut ante nuptias dona-
tionem & ipsis similiter dominium servent
filiis, usum habente persona cogenda filios
alere: si verò bona gratia solvantur nuptiaz
& videantur occasione damni detineri qua-
dam & hac arte perimenda, quæ deti-
nentur & filiis serventur.

Summam totius Novelle exhibet hæc ampla
rubrica. Desumta hinc est *Avtb. Uxore.*
C. de sec. nupt. v. tn. infra Nov. CXXVII. c. 3.

Tit. XI. Nov. XCIX.

De Reis promittendi.

Correi promittendi habent beneficium di-
visionis, si modo omnes præsentes sunt &
solvere possunt.

H 4

Hinc



Hinc desumpta est Auth. Hoc ita. C. de duob.
reis. Neptē autem hic excipit Stephani
n. 8. nisi ita dictum sit, quod singuli in solidum
obligari esse debeant. Hęc conventio enim
non tollit hoc beneficium, sed correale in so-
lūm obligationem constituit, quæ alias non
adesset.

COLLATIO IX.

Tit. I. Nov. C.

De

Tempore non solutæ pecuniæ
super dote.

Si bienniō. vel infra biennium duravit ma-
trix onium, Maritus exceptionem non nu-
meratae dotis intra annum à soluto matrimo-
nio opponere potest. Si duravit ultra bien-
niū, non tamen ultra decennium, tres men-
ses conceduntur: si ultra decennium duravit,
exceptio plene non admittitur. Exceptio est,
nisi maritus sit minor, cui dantur duodecim
anni à die contracti matrimonii, & si intra
duodecimum annum moriatur, heredi adhuc
unus annus. Quod si hic heres mariti sit
minor, ille quinquennium habet à morte ma-
riti. Protestatio de non accepta dote potest
fieri vel judicialiter, vel extra judicium, in-
scriptis tamen, & hęc protestatio mulieri in-
singuanda.

Hinc



Hinc desumta est Arth. Si minor. C. de temp.
in int. refit. & Arth. Qvod locum. C. de dore
caui. item Arth. Hanc aut. C. de nonnum. pec.

Tit. II. Nov. CI.

De

Donationibus à Curialibus factis,
sive ab intestato vel testamento, & eorum
successoribus.

Repetuntur hīc ea, qvæ de dodrante Curia-
lium liberis relinqendo disposita erant
in *Novell. XXXIX.* & adjicitur, qvod etiam
liberi ante conditionem parentum curiale
suscepti eōdem jure utantur, qvō illi, qui post-
ea suscipiuntur.

Tit. III. Nov. CII.

De Moderatore Arabiæ.

Tit. XXV. Nov. CIII.

De Proconfule Palæstinae.

Tit. V. Nov. CIV.

De Praetore Siciliae.

Tit. VI. Nov. CV.

De Consulibus.

Tit. VII. Novell. CVI.

De usuris nauticis,

H 5

Con-



Concessum hic est, qvōd in pecunia traje-
ctaria etiam usuræ ultra centesimam stipu-
lati possint contrahentes. Sed v. Nov. CX.
Abrogatur ergo l. 26. §. 1. C. de usur.

Tit. IIX. Nov. CVII.

De

Testamentis imperfectis à parenti-
bus in filios factis: & de divisione rerum
à filiis coram parente & de ejus faculta-
tibus facta & subscripta.

Cap. I.

TN testamento paterno (si testans pater lite-
ras callebat) tempus facti testamenti est ex-
primendum, filiorum nomina propriâ manu
scribenda, & uncizæ, in qvibus liberi heredes
scribuntur, non signis, sed integris literis de-
clarandæ. Idem est, si res suas inter liberos
voluerit dividere testator, nam & hoc ejus
literis est declarandum. Si extraneis aliquid
relinquitur, hoc adhibitis testibus fieri debet.

Hinc desumta est Avth. Qvod sine. C. de te-
stam. Qvot testes intuitu extraneorum neces-
sarii sint, disceptatur inter DD. Gothofredo
& Stephani ad b. l. item Struvio Ex. 32. th. 19.
sufficiunt duo: nobis autem contraria sen-
tentia verior videtur, qvinqve scilicet re-
qviri, cum ille sit ordinarius numerus in
constitutione legatorum. L. 12. ff. de test. de
testi-



testimonio veritatis loquitur, non solennitatis. Dissidentibus quidem patruncatur alleg. Avth. quod sine. Verum huic ab originali suo discendeni autoritas aliqua tribui nequit.

Cap. II.

Testamentum inter liberos conditum non tollitur, nisi per testamentum subseqvens solenne.

Hinc defumta est Arth. *Hoc inter. C. de testam.* Limitant hanc novellam, si scilicet in testamento posteriori extranex personæ heredes instituantur, Gail. lib. 12. obs. 112. n. 13. Richter. *ad cit. Arth. inf. Stephani ad b. l. n. 13.*

Cap. III.

Divisio bonorum inter liberos facta etiam tunc valet, si à liberis est subscripta.

vid. suprà *Nov. XIX. c. 7.*

Tit. IX. Nov. CIX.

De Restitutionibus.

Cap. I.

Suprà *Nov. XXIX.* agebatur de eo casu, ubi heres rogatus erat, ut hereditatem restitueret: hic autem de illo, si rogatur, ut restituat post mortem suam, quicquid ex rebus hereditariis supererit. Et disponitur, quod tunc alienare, liceat res illas usque ad quartam. Imò & de



de quarta aliquid alienari potest ob causam dotis & donationis propter nuptias, si alia bona non adsint, immo & ad redimendos captivos

Hinc desumta est Artb. Contra, C. ad Sc. Trebell.

Cap. II.

Immo & ad alimenta alienatio illius quartæ fieri potest. De cetero si extra hos casus alienatio facta, contra possessores datur rei vindicatio & actio hypothecaria. Et cavere tenetur fiduciarius, qvod non minus quartâ illâ servare velit.

Tit. X. Nov. CIX.

De

Privilegiis dotis hæreticis mulieribus non præstandis.

Hæreticos describit Justinianus in prefat. huj. Nov. qui non sunt membrum sanctæ Dei Catholice & Apostolice ecclesie, aut si sincerius loquimur, qui dissentunt à clero dominante. Ejusmodi mulieribus hæreticis privilegia dotis denegantur, nisi resipuerint, ex principio Pa-pistico, qvod qualibet ratione, directo vel per indirectum homines ad religionis formulam compelli posse innuit.

Hinc desumta est Artb, Item, C, de heret.

Tit.



Tit. XII. Nov. CX.

De Nauticis usuris.

A Brogatur hīc iterum *Novella CVI.* & statuitur, in negotiis etiam nauticis ultra centesimam usuram aliquid promitti non posse, iuswolffe pro cent.

Tit. XII. Nov. CXI.

De

Præscriptione centum annorum
sublata.

A Brogatur hīc *Novella IX.* & loco præscriptionis centum annorum quadragenialis introducitur. Et cum hæc abrogatio sit generalis, ideo frustrà Facheinus *lib. 8. controv.* c. 3. & c. 103. Ecclesiam Romanam excipit.

Tit. XIII. Nov. CXII.

De

Litigiosis & de decima parte litis
ab Actore cautela præstanda.

Cap. I.

R Es litigiosa est, de cuius dominio controversia móvetur per interpellationem judicialem. Non autem potest alienari talis res, & ne quidem pignori obligari. Intercohere-



heredestamen recte dividitur, & per ultimam voluntatem alicui licite relinqvitur.

Hinc desumta est Artb. Litigiosa. & Artb.
Nunc si bares. C. de litigios. & Artb. Hoc ita. C.
de pign. De penis, quas experiuntur illi, qui
res litigiosas scienter emunt, vel vendunt,
v. l. 4. C. de litigios.

Cap. II.

Aetor sub initium litis cavere tenetur, quod usque ad finem litis in judicio manere, & si convincatur litem in juste movisse, quod tunc expensarum nomine decimam partem ejus quantitatis, quae in libello continetur, reo persolvere velit.

Hinc desumta est Artb. Generaliter. C. de E-
pisc. & Cleric.

Hodiè illa cautio non amplius est in usu, sed de expensis refundendis saltem cavetur, quas vietus victori semper restituit, nisi probabilem litigandi causam habuerit.

Cap. III.

Aetor si litem non proseqvitur, Rei autem e-
andem finiri interest, tunc ternâ citatione (qua-
rum quælibet 30 dies complectitur) vocandus
est aetor & postea ipsi adhuc annus indulgen-
dus: quod si vero intra hoc tempus non vene-
rit, Judge auditis allegationibus partis præsen-
tis in causa pronunciat. Si autem venerit, non
prius tamen admittitur, quam si expensas reo
resti-

restituerit. Et si postea iterum litem deserit,
omni jure suô cadit.

Hinc desumpta est *Artb. qui semel. C. qvomodo
& quando Judex.*

Hodiè terminus, qvi in ejusmodi causis a-
ctori præfigitur, est arbitrarius.

Tit. XIV. Nov. CXIII.

In medio litis non fieri sacras for-
mas aut sacras jussiones: Sed secundum an-
tiqvas leges generales litis
decidi.

Rescripta, qvibus præscribitur, qvomodo
sententia sit ferenda, non debet attendere
Judex sub pœna decem librarum auri (vocab-
tur ejusmodi *Rescripta ambitiosa.*) Leges enim
præmulgatae hîc normam suppeditant. Est
tamen permisum *Excitatoria impetrare*, iis-
qe Judex omnino parere debet.

Tit. XV. Nov. CXIV.

Ut Divinæ jussiones subscriptio-
nem habeant gloriosissimi
Qvæstoris.

Judex nullam jussionem suscipere tenetur
sub pœna viginti librarum auri, nisi qvæ
Qvæstoris, vtri Magnificentissimi, habeat an-
notationem.

Qvæ-



128 Collat. IX. Novell. CXV.

Quæstorem eundem fuisse autumant, quia
nobis Cancellarius vocatur.

Hinc desumta est Avib. Glorioſimi. C. de di-
vers. reſcript.

Ad qvem hodie in aulis nostris illa ſubſcri-
ptio pertineat (die contra-signatur) valde
admodum variat.

Tit. XVI. Nov. CXV.

Ut cùm de appellatione cognosci-
tur ſecundùm illas leges debeat judicari, qvæ
tempore latæ ſententiæ obtinebant, non
ſecundùm eas, qvæ poſtē promulgatæ
ſunt & de aliis capitulis,

Cap. I.

HUjus tenor in rubrica exprimitur.

Cap. II.

Si una pars ſimpliciter ad Acta priora ſub-
mittit, (ita enim ſtilo noſtrorum judiciorum
vocatur) altera autem novas allegationes ſe-
habere prætendit; tunc ſi intra tres menses
(hodiè termino arbitratio) has non profert,
Judex ſuper cauſa pronunciare tenetar.

Hinc desumta eft Avth. Fubemus. C. de judic.

Cap. III.

Agitur hīc de cauſis, ob qvas parentes li-
beros ſuos exheredare poſſunt, qvæ olim erant
arbi-

arbitrariz, eas autem h̄ic ad certum numerum revocavit Imperator, nec alias admitu debere constituit, prout expressa verba innuunt, vid. Colleg. nostr. feud. disp. VI. th. XXVI. Recensentur autem cause sequentes:

1. Si quis parentibus suis manus intulerit.
2. Si gravem & in honestam injuriam eis ingesserit.
3. Si eos accusaverit, exceptō criminis lēse majestatis.
4. Si cum maleficiis ut maleficus versatur.
5. Si vitæ parentum insidias struxerit.
6. Si novercæ suæ, aut concubinæ patris filius sese immiscuerit. (Idem in filia, qvæ cum vitrico concumbit.)
7. Si delator parentum extiterit & illi ex hac delatione magnum damnum senserint.
8. Si filius (non filia) parentes carceri inclusos præstitâ cautione non voluerit liberare.
9. Si eos testari prohibuerit. Parentes tamen facultatem testandi deinde iterum nacti, sed filios non exheredantes, injuriam remisisse censemur.
10. Si præter patris voluntatem filius arenariis, vel mimis se sociaverit, (qvod ad comicos nostros applicari neqvit.)
11. Si filia nuptias à Parentibus oblatas recusaverit & luxuriosam vitam elegerit. Qvod si vero usque ad annum XXV parentes eam



elocare distulerint & tunc illam in corpus pecare, vel invitis parentibus nubere contigerit; exheredationi locus non est.

12. Si qvis parentes furiosos neglexerit.

13. Si eos in captivitate constitutos per negligentiam aut contemptum non redemerit, modo annis 18 major fuerit. Imo licet exclusio in testamento facta non sit, nihilominus tamen & liberi & reliqui cognati jus successoris amittunt propter negligentiam. Bona ad dicuntur Ecclesiaz ejus civitatis & ad redemtionem captivorum applicantur.

14. Si liberi haeretici fiant, (apud nos, si non sint addicti vel Reformatz, vel Lutheranæ, vel Pontificiaz Religioni,) hoc tamen ex principiis papisticis iterum introductum.

Causa exheredationis in testamento est exprimenda & ab herede scripto probanda. Si probari nequit, aut causa in specie non sit expressa, heredis institutio vitiatur, reliqua autem testamenti capitula subsistunt.

Hinc desumpta est Avth. non licet. & Avth. Ex causa. C. de lib. præter. Avth. Sed si post. C. de inoff. testam. Avth. Liberi. C. de Episc. audient. Avth. si captivi. C. de Episcop. & Cleric. Avth. Idem est. C. de heret.

Cap. III.

Causæ, ex quibus liberi parentes exherere possunt, hæ sunt;

I. Si



1. Si parentes eos capitaliter accusaverint.
Excepto tamen crimen lxfæ majestatis.

2. Si venenis aut alio modo filiorum vitæ
insidias struxerint.

3. Si pater nurui suæ aut concubinæ filii sui
se se miscuerit. (Idem est, si mater cum ge-
nero concubuerit.)

4. Si liberos testari prohibuerint.

5. Si Pater matri (& vice versa) vitæ insidias
struxerit, aut venenum ad alienationem men-
tis dederit.

6. Si filios furiosos neglexerint.

7. Si filios captivos non redemerint.

8. Si Parentes sint hæretici.

Exheredatio eodem modō fieri debet, ut
antea dictum. Idem quoque hic circa here-
dis institutionem & reliqua testamenti capi-
tula obtinet, prout *cap. prec.* dispositum.

Hinc desumpta est *Avtb. in Testamento, C. ad
Sc. Tertull.*

Cap. V.

In *Nov. LX. C. i.* disponebatur, quod funus
defuncti non sit inquietandum. Hic autem
constituitur, quod nec proximi consanguinei
& affines defuncti intra novem dierum spa-
tium inquietari debeant.

Hinc desumpta est *Avtb. Sed neque. C. de sepul-
chro viol.*



Cap. VI.

Subjungitur h̄ic materia de constituta pecunia. Quatuor autem casus recensentur. Aut dicit constituens: Satis facio tibi, & tunc nullum supereſt dubium, qvin obligetur in subsidium. Aut dicit: Fiet tibi satis a me & ab hoc & ab illo, tunc tenetur pro rata tantum. Si ita: Fiet tibi satis aut a me, aut ab hoc, aut ab illo, tunc reliqvis non consentientibus in solidum obligatur. Si denique ita: Fiet tibi satis, tunc nulla adest obligatio propter impersonalitatem.

Hinc desumpta est Avth. Si quando. C. de consit. pecun.

Tit. XVII. Nov. CXVI.

Ut neqve miles, neqve foederatus obversetur domui privatæ aut possessioni alicujus.

Milites & foederati (sic dicti, qvia per optimonem ex foederatis populis in numerum militum cooptabantur) non debent se immiscere administrationi privatorum negotiorum. Nemo quoqvæ eos detinere, sed potius intra 30 dies expellere debet, sub poena confisctionis bonorum & amissionis dignitatum intuitu detentorum: intuitu militum ipsorum autem ultimi supplicii.

Tit.

Tit. XIIIX. Nov. CXVII.

Ut liceat matri & aviac & aliis pa-
rentibus post legitimam partem liberis re-
lictam, qvomodo voluerint residuam
facultatem suam disponere & alia
capitula plura.

Cap. I.

Mater, avia, aliquae parentes filiis & de-
scendentibus suis aliquid relinquere
possunt, sub conditione, ne patri eorum usus-
fructus acquiratur. Tales res vel ipsi admi-
nistrant filii, si sunt justæ ætatis, vel testator
matri & avia, vel alteri cuidam, cui vult,
administrationem confert, aut in eventum
Iudex succurrit.

Hinc desumpta est *Artib. Excipitur. C. de bonis,*
que lib.

Cap. II.

Si quis filium habeat naturalem eumque in
Instrumento sive publico, sive privato nomi-
net filium suum, & non adjiciat, quod sit natu-
ralis, tunc eo ipso jura legitimorum liberorum
conseqvitur.

Conf. Nov. XXXIX. C. 10.

Hinc desumpta est *Artib. Si quis liberos. C. de*
natre. lib.



Cap. III.

Si quis duas habeat uxores successivè, alteram quidem cum dotalibus instrumentis, alteram sine iisdem, & ex utraque liberos suscepit, tunc omnes liberi æqualiter ad successionem admittuntur & non obstat, quod in alteratio matrimonio instrumenta dotalia non adfuerint.

Cap. IV.

Illustres tamen personæ non aliter, nisi cum ejusmodi instrumentis nuptias contrahere possunt. Ante adeptam vero dignitatem contractæ firmæ manent. Barbari etiam (Gethi, Vandali &c.) ad hanc necessitatem non sunt adstricti.

vid. Nov. LXXIV. c. 4.

Hinc desumpta est Artb. Maximis. C. de nupt. & Artb. Sed novo jure. C. de nat. lib.

Cap. V.

Si unus ex Conjugib[us], qui locuples est, moriatur aut sine justa causa ab altero inope divertat, tunc superstes ille, aut qui derelictus est, accipit quartam partem substantiæ defuncti aut divertentis, si usque ad tres filios habet, si vero plures adsunt, portionem virilem consequitur, & hoc tunc quoque, licet dotalia pacta non adfuerint. Eodem modo observatur, si non cum liberis, sed aliis defuncti cognatis concurrat, cum hac tamen differen-
tia.



tia, quod tunc portionem suam jure Dominii pleno accipiat, cum priori casu saltem usum-fructum ejus ad dies vita habeat.

Hinc desumta est *Avtb. Præterea. C. Unde vir & Uxor, v. suprà Nov. LIII. c. 6.*

Cap. VI.

Illustres etiam personæ viles mulieres [liberas tamen) uxores ducere possunt, conditis tamen instrumentis dotalibus. Reliqui etiam sine ejusmodi Instrumentis.

Abregatur hîc *I. 9. C. de natur. lib. & confirmatur I. 9. C. de part. convent.* Derogatur quoque *Novelle LXXIX. c. 3.*
vid. *Avtb. Sed novo jure. C. de nat. lib.*

Cap. VII.

Divortium parentum liberis obstat aut nocere non debet ratione successionis, & nihilominus ex substantia Patris sunt alendi. Educantur apud matrem, si Pater causam divortii dedit, modo mater ad secundas nuptias non transeat. Si divortium matris culpâ factum, liberi apud Patrem educantur. Qvod si Pater non habeat, unde liberos alere possit, mater autem sit locuples, tunc hæc alimenta subministrare tenetur.

Hinc desumta est *Avtb. Si Pater. C. divortio facto.*

Cap. IIX.

Causæ propter quas Maritus ab Uxore divertere
I 4



vertere potest, hæ sunt : (1) si Uxor reos criminiſ lœſæ majestatis non indicat. (2) Si adulterium commitit, & tunc maritus non solum dotem & donationem propter nuptias, sed &, si filios non habeat, ex reliqua uxoris ſubſtantia tantum accipit, quantum eft pars tertia dolis. Si autem adſunt filii, dos & reliqua ſubſtantia illis conservantur. (Adulteri mariti uxor contrà donationem propter nuptias lucratur, si filii adſunt, qvead uſum frumentum ſaltem, & reliqua ſubſtantia filiis addicitur. Si autem filii deficiunt, uxor & proprietatem iſtiuſ donationis habet, reliqua autem bona fiscus ſibi vindicat.) (3) Si uxor vitæ mariti iuſſiſtata fuerit, aut aliis hoc facientibus marito illud non indicaverit. (4) Si cum viris extraneis nolente marito convivatur, aut cum eis lavat. (5) Si nolente marito extra ejus aedes manet, niſi forte apud proprios pa-rentes. Aliud eſt, si maritus uxorem expellat ſine iuſta cauſa & uxor tunc nocte foris maneat. (6) Si ignorante aut prohibente viro circenisibus, theatris, aut amphiteatris interuerit ad ſpectandum.

Pertinet huc Artb. Sed nova jure. C. ad L. Sub de adul.

Cap. IX.

Justæ diuortii cauſæ uxorij concesſæ hæ ſunt :
 (1) Si maritus crimen lœſæ majestatis commiſſit,

fit, aut ab aliis commissum non indicavit. (2) si vitæ uxoris insidiatus fuit, aut uxori non revelavit, dum alii hoc intendunt. (3) Si uxorem aliis adulterandam tradere voluit. (4) Si eam adulterii falso accusavit. Tunc recipit uxor dōtem, lucratur donationem propter nuptias & tantum accipit ex reliqua mariti substantia, quantum est tertia pars istius donationis, si scilicet filii ex eodem matrimonio non adsunt, illis enim existentibus bona patris conservantur. (5) Si cum aliena muliere vel in propriis, vel in aliis ædibus familiariter conversatur & bis admonitus non abstinet.

Pertinet huc *Artb.* Sed *novo iure.* C. de *repud.* Restrингuntur autem per hanc novellam causæ divorutorum. Hodiè divorgium non est permisum, nisi propter adulterium & malitiosam desertionem, *Matth. 5. v. 32. c. 19.*
v. 9. 1. Cor. 7. v. 11. cum q̄o non est confundenda declaratio nullitatis matrimonii, item separatio quoad thorum & mensam, & denique separatio despensatorum.

Cap. X.

Nuptias solō dissensu dirimere [ut in *Nov. XII. c. 4.*] non licet, nisi forte hoc castitatis concupiscentiâ fiat. Dos tamen & donation p. n. liberis tunc conservantur. Qvod si is, qui castitatem prætendit, ad alias postea transeat nuptias vel luxuriosè vivat, filiis aut

138 Collat. II. Novell. CXVII.

si hi non adsant, fisco tota ipsius substantia applicatur.

Hinc desumta est Artb. Qvod hodie. C. de repud.

vid. tamen infrà Nov. CXL.

Cap. XI.

Per Nov. XXII. c. 14. uxor maritum militiae causà absentem usqye ad decem annos experitare debet, per cap. presens autem in quantos cunque annos, licet nullum ab eo nuncium acceperit. Qvod si tamen mortuus esse dicatur & tribunus hoc jurato affirmaverit, tunc post lapsum anni mulier ad secunda vota recte transit.

Hinc desumta est Artb. hodie. C. de repud.

Cap. XII.

Justis divortiorum causis adhuc tres sequentes adjicit Imperator: (1) Si maritus est impotens. (2) Si alteruter vitam monasticam elegerit, & (3) si alteruter aliquo tempore in captivitate detineatur.

vid. Nov. XXII. c. 5. 6. & 7.

Cap. XIII.

Mulier sine iusta & legibus approbata causa à marito divertens dotem amittit, qvam filii, aut illis non existentibus, maritus lucratur. Porro in monasterium qvæque detruditur & si filios habet, duæ partes bonorum ipsis cedunt, tertia monasterio, in qvod detruditur.

Si



Si parentes habet, non filios, monasterium duas partes & parentes tertiam solum accipiunt. Si nec parentes adsunt, omnia monasterio cedunt. Iudex hoc non observans, graviter punitur. De poena mariti sine justa causa repudium mittentis v. *Cap. IX.*

Cap. XIV.

Si maritus uxorem sine causa ad divortium sufficiente flagellis aut fustibus cedat, divortium quidem propterea non permittitur; Maritus tamen etiam constante matrimonio ex substantia sua tantum debet dare, quantum tertia pars antenuptialis donationis constituit.

Cap. XV.

Si quis de alio suspicatur, quod castitati uxoris luxurias insidietur, & in hunc finem ei tres contestationes scriptas per tres viros fide dignos misit, postea autem hunc nihilominus cum uxore sua conversantem deprehendit in sua, vel uxoris, vel adulteri domo, vel in popinis, aut in suburbanis: tunc eum propriâ autoritate interficere potest. Si vero in alio loco, etiam in ipso templo eum ita deprehendit, Judici est tradendus, qui ad id solum respicit, an contestationes illæ factæ fuerint.

Hinc desumpta est *Auct. Si quis ei. C. ad L. Jul. de Adult.*

Qvz



Qvx h̄ic de tribus contestationibus dicuntur, & de licentia occidendi postquam illæ præcesserunt, apud nos non observantur, vid. DD passim, in specie Rittershus. P.z.
c. 8. num. 13.

COLLATIO IX. Tit. I. Nov. CXIX.

De
Heredibus ab intestato venientibus & de agnatorum jure sublato.

Cap. I.

Descendentes, masculi & fœminæ, sui & emancipati, omnibus aliis consanguineis præferuntur.

Tres autem casus sunt separandi, Aut (1) adsunt descendentes omnes *in primo gradu*, & tunc omnes succedunt in capita. Aut (2) adsunt quidam *in primo*, quidam *in remotioribus gradibus*, tunc priorēs in capita, posteriores autem in stirpes succedunt. Aut (3) omnes sunt *in remotioribus gradibus*, tunc omnes in stirpes succedunt.

Hinc desumpta est Avib. in successionem. C. da suis & legit. lib.

Cap. II.

Deficientibus descendentibus succedunt ascendentes. Hic obtinet regula, qvōd proximior

mior excludat remotiorem sine sexus & linea
distinctione. Qvod si plures ad sunt ejusdem
gradus & linea, in capita succedunt. Sin ejus-
dem quidem gradus, sed diversæ linea, unam
hereditatis medietatem capiunt illi, qui in
materna linea constituti reperiuntur.

Cum ascendentibus concourtunt quoque
defuncti fratres & sorores germani, sed tunc
successio non amplius sit in linea, sed in capi-
ta. Et pater hic in portione filii non habet
usum fructum, sed pertinet haec ad species pe-
culii adventitiae irregularis.

Hinc desumpta est *Avtb. Defuncto. C. ad Sc.*

*Tertull. & Avth. Item hereditas. C. de bonis qua
lib.*

Cap. III.

Si defunctus solos reliquit collaterales, tunc
ante omnia eò respiciendum est, annon adsint
germani eorumque liberi, hi enim ob vinculi du-
plicitatem omnibus reliquis präferuntur ob
speciale privilegium. Liberi Germanorum
cum aliis defuncti germanis (qui vocantur
proprietibii in hoc capite, v. Struv, Ex. 38. tb. 33.)
concurrentes in stirpes succedunt, si soli sunt,
in capita.

Deficientibus germanis eorumque liberis
fratres unilaterales, consanguinei & uterini, ee-
rumque liberi omnibus aliis präferuntur.

His quoque non existentibus juxta regu-
lam



142 Collat. IX, Novell. CXIX.

Iam anteà allatam : proximior excludit remotiōrem, succeditur,

Hinc desumtæ sunt Avth. Cessante & Avth.
Post fratres. C. de legitim. hered.

Apparet ex his tribus succendentium ordinibus, quod jus representationis in descendētibus in infinitum : in ascendentibus plane non : & in collateralibus usqve ad tertium saltē gradum locum habeat.

Cap. IV.

Nihil interest, sive aliquis sit agnatus, sive cognatus, id est, sive per masculinam, sive per fœmininam personam defuncto fit iunctus.

Agnati Saxonibus vocantur Schwerdماgen / qvia apud veteres qvilibet masculus miles erat, ubi scilicet militia adhuc selecta erat, non mercenaria, uti apud nos. Cognati dicuntur Spillmagen / qvia fœminæ fusō utuntur, die Spill oder Spindel. Der Magie bedeutet den Begriff und Ursprung der Bluts-Freunde / wie sonst der Magen die Speise und Dauung begreifft, und der Leber einen Ursprung zum Geblüthe giebet / ita Rotschiz tract. von der Geraude artic. 14. num. 3. 4. Besold. thes. pract. voc. Schwerdmage n. 45. Finckelth. obs. 81. n. 2. 3, dubito tamen, an illa sit vera derivatio.

Cap.



Cap. V.

Quemadmodum ergo aliquis spem commodi successionis habet: ita quoque onus tutelæ legitimæ in se suscipere tenetur. Modò tamen habilis sit ad alterius actiones dirigendas. Unde excluditur minorenus & femina. Hic enim locum haberet illud: Wenn ein Blinder einem andern den Weg zeiget/ werden sie nicht alle beyde in die Grube fallen? Mater tamen & avia admittuntur, & omnibus collateralibus præferuntur, modo renuncient secundis nuptiis & SC. Vellejano, vid. Novell. XCIV.

Hinc desumpta est Avth. Sicut hereditas. C. de legit. tut. & Avth. Matri. C. quand. mul. tut. off. fung. poss.

Ex verbis huj. cap. ibi: secundum hereditatis ordinem, statim appareat, Struvium Ex. 34. th. 26. cum Carpzovio erroneè statuere, quod mater a vo paterno vel materno non præferatur. Præfertur enim in successione, ergo & in tutela.

Cap. VI.

Obtinent ea, quæ de successionibus dicta, tantum in illis, qui catholicæ fidei (id est, religioni dominantis) addicti. Hæretici excluduntur, (principiis Papisticis ira ferentibus.)

In Germania nostra triplicem catholicam fidem habemus, Lutheranam, Reformatam & Pontificiam.

Tit. II.



Tit. II. Nov. CXIX.

Ut sponsalitia largitas specialis sit
contractus, & de diversis capitulis.

Cap. I.

Spousalitia largitas (quæ interdum sumitur pro donis à spōsō spōsæ ad conciliandum amorem oblati, hīc autem donationem ptopter nuptias denotat) insinuatione non indiget, cujuscunqve quantitatis sit, cūm alias donatio 500 solidos excedens actis sit insinuanda juxta §. 2. f. de donat.

Hinc desumta est Artb. Eò. decursum. C. de donat, ante nupt.

Cap. II.

Qvamprimum minori testamentum facere licet, tunc statim quoqve in testamento servos suos manumittere ipsi permisum est.

Hinc desumta est Artb. Sed hodiè. C. qui manumitt. non poss. & abrogatur §. 7. f. qui & ex qvib. caus.

Cap. III.

Instrumentum referens non probat, nisi relatum quoqve exhibeat.

Hinc desumta est Artb. Si quis. C. de edendo.

Cap. IV.

Lapsus fatalium appellationis non nocet appellanti, si ante illum paratus fuit ad appellatio-

lationem justificandam, Judge autem rem tam diu distulit, donec lapsus ille contigerit.

Hinc desumpta est *Avtb. Si appellatio. C. de tempor. & repar. appell.*

Cap. V.

A sententiis Præfectorum Prætorio appellatio non conceditur. Potest tamen ille, qui se gravatum putat, intra decem dies per libellum supplicem gravamina sua deducere, quod factio sententia executioni non datur, nisi adversarius cautionem fidejussionariam præstiterit, quod in eum casum, si forsan succubuerit, rem cum accessionibus restituere velit. Neglecto illô decendiô executio sine fidejussione decernitur, jus retractandi sententiam tamen adhuc salvum manet gravato.

Hinc desumpta est *Avtb. Quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer.*

Hoc caput hodiè extra usum est. Quod enim Electores & nonnulli alii Imperii Status jure de non appellando gaudeant, illud ex aliis fundamentis est derivandum.

Hodiè interdum non obstante appellatio (frivola) executio sententiæ præstiterat à victore cautione decerni solet. Et tunc dicunt, appellacionem saltem effectum devolvitrum habere, non suspensivum.

Cap. VI.

Si minor hereditatem semel aditam iterum

K repu-



146 Collat. IX. Novell. CXIX.

repudiare velit, hoc fieri debet vocatis Creditoribus. Si autem hi intra tres menses non compareant, tunc iis etiam absentibus repudatio fieri potest.

Hinc desumpta est Artb. Si omnes. C. si minor se ab hered.

Cap. VII,

Qui rem aliquam à malæ fidei possessore accepit, eam, licet justum titulum habeat & ipse in b.f. sit, contra verum dominum ignorantem nonnisi 50 annis præscribere potest. Contra Dominum autem, cui de hac alienatione constat, tempore ordinario eam præscribit.

Hinc desumpta est Artb. Mala fidei. C. de præscriptio. long. temp.

Cap. IIX.

Alias vero, si quis partim absens est, partim præsens intra tempus præscriptionis ordinatum; tunc anni absentiaz semper duplicantur.

Hinc desumpta est Artb. Quod si quis. C. d. s.

Cap. IX.

Remittitur hic testatori necessitas nomen heredis propriâ manu exprimendi, & sic abrogatur l. 29. C. de testam.

Desumpta hinc est Artb. Et non observato. C. de testam.

Cap. X.

Abrogatur hic Nov. LV. c. i. vi cuius illæ res, quæ



qvas Imperator ab ecclesia ex permitatione
acceperat, in privatum transferri non de-
bebant.

Cap. XI.

Si testator alienationem rei legatæ prohi-
buit, tunc ex illa re heres falcidiam detrahere
nequit.

Hinc desumta est *Artb. Sed & in ea. C. ad In-*
Falcid.

Tit. III. Nov. CXX.

De

Alienatione & emphyteusi, & lo-
catione & hypothecis & aliis diversis con-
tractibus in universis locis re-
rum sacrarum.

Cap. I.

Repetuntur hic ea, qvæ dicta sunt in *Nov.*
VII. c. 1. & 3. Excipitur in §. 2. casus de
xhibitus ruinosis ecclesiarum, qvæ in perpe-
tuam emphyteusin dari possunt, ita ut vel
tertia pars pensionis, qvæ ex xhibitus integris
solvebatur, vel dimidia ejus, qvæ à tempore
refectionis per paetum determinata est, præ-
stetur.

Hinc desumta est *Artb. Si qvas. C. de SS. Ete*
eles.

K 2

Capit.



Cap. II.

Repetitur hic Nov. VII. c. 4. & hinc desumta est Auth. Hac usus, C. de SS. Eccles.

Cap. III.

Locationes rerum ecclesiasticarum usque ad 30 annos fieri possunt.

Cap. IV.

Res ecclesiæ immobiles oneribus publicis aliisqve gravatae Creditori cum pacto antichreseos oppignorati possunt, ita tamen, ut Creditor non maiores usuras, quam quartam partem centesimæ percipiat, reliqui fructus in sortem imputantur.

Cap. V.

Emphyteusis & hypotheca rerum ad ecclesiam majorem Constantinopolitanam spectantium ultra quinquennium etiam fieri potest cum consensu Episcopi & Patriarchæ, modo jurent Oeconomi, hoc non fieri ad prescriptionem ecclesiæ. Oeconomi autem ipsi eorumqve cognati & affines ad emphyteusim, conductionem & hypothecam rerum ecclesiæ planè non admittuntur.

Hinc desumta est Auth. Quibuscunqve, C. de SS. Eccles.

Cap. VI.

Quæ hactenus dicta sunt, pertinent ad res Ecclesiæ majoris Constantinopolitanæ (& sic apud nos nullum usum habent.) Reliquarum eccle-

ecclesiarum & piorum locorum bona in perpetuam quoque emphyteusin dari possunt, modis fiat cum consensu eorum, qui administrationem & gubernationem habent, accepte juramento, de quo cap. præc. Non autem debet amplius fieri relevatio à sexta parte redditus, (ut per Novell. VII. c. 3.) Quare autem cap. 1. b. Nov. de ædibus ruinosis Ecclesiæ Constantinopolitanæ dicta, etiam quoad reliquas ecclesiæ valere debent. Quod si ecclesia ære alieno urgente prematur, bona ejus creditoribus cum pacto antichretico sunt oppignoranda, ita, ut Creditor quartam partem usurpæ centesimæ capiat & residuos fructus in sortem inputet. Si vero hoc non sit ad gustum creditoris, & mobilia quoque deficiant, ex quibus solutio fieri possit, tunc debitum jurejurando ordinatorum confirmandum & instrumentum desuper conficiendum, (ne tamen ecclesia propter ea expensarum solutione oneretur,) quod factò bona per XX dies subhastantur & plus licitanti addicuntur. Si emptor non reperitur, tunc ipsi Creditori res in solutum datur præviâ estimatione. Additur tamen pretio per estimationem determinato adhuc decima ejusdem pars, ne ecclesia damnum incurrat. Non autem concedenda est Creditori electione meliorum prediorum, (ut in Nov. IV. c. 3.) sed juxta æquitatis regulas ex fertilibus & sterilibus capere debet.

S. I. Si quis Oeconomō creditit, contra ecclesiam non habet actionem, nisi probet, illud creditum in utilitatem ecclesiæ versum esse.

Hinc desumpta est *Artb. Perpetua. & Artb. Hoc jus. C. de SS. Eccles.*

Cap. VII.

Ecclesiæ inter se res suas permutare possunt, exceptâ Ecclesiâ majore Constantinopolitanâ, (vid. *Nov. LIV. c. 2.*) & exceptis illis rebus, quæ ab Imperiali domo ad ecclesiam pervenerunt. Monasteria autem alienare neuiqvam licet, (*Nov. VII. c. u.*) & si alienata sunt, vindicari iterum possunt. Prædium ecclesiæ tributis valde gravatum & sic nullam utilitatem ecclesiæ afferens, præviâ causâ cognitione & accedente scripturâ atque jurejurandô, quod nihil fiat in præjudicium ecclesiæ, alienari potest. Oeconomî tamen eorumque affines & cognati ad ejusmodi emtionem non admittuntur, (vid. *C. V. b. Nov.*)

Hinc desumpta est *Artb. Item prædium. & Artb. Multò magis. C. de SS. Eccles.*

Cap. IIIX.

Conductor reiecclesiasticæ, vel emphyteviticarius per biennium cessans in solutione mercedis & canonis, iura ex conductione & emphytevisti acquisita amittit, nec melioratum factarum restitutionem prætendere potest.

Hinc

Collat. IX. Novell. C.XA.

Hinc desumta est Avth. *Quirem. C. de SS. Ec-*
cles. vid. Nov. VII. c. 3.

Cap. IX.

Pro redemtione captivorum res ecclesix a-
lienari possunt, (v. *Nov. LXV.*) nisi eâ conditio-
ne ecclesix datae fuerint, ne alienentur. San-
ctissima Ecclesia Hierosolymitana res in ea ci-
vitate non fitas potest vendere, non minori
tamen pretio, quam ex pensionibus intra 50
annos percipitur. Ex pretio autem meliores
reditus comparandi. Res steriles aut oneri-
bus fiscalibus gravatæ in ecclesiam translatæ,
ei non afferant præjudicium, sed possessor
prior eas recipiat iterum & onera solvat. Qvod
si ecclesix certa pecunia data fuerit, ut istius-
modi res compatareret; hanc pecuniam ecclæ-
sia lucratur. Denique hic repetuntur, quæ
Nov. VII. c. 4. dicta erant.

Cap. X.

Vasa sacra non aliter, nisi ob redemtionem
captivorum alienari possunt. Nisi tamen ecclæ-
sia iis abundet & urgente ære alieno prema-
tur, tunc enim adhibitis debitis solemnitatibus
vendi, vel conflari & tunc similiter vendi
possunt.

Hinc sumta est Avth. *Præterea. C. de SS. Ec-*
cles.

Principis vel Consistorii consensu hodiè et-
iam extra casum necessitatis rectè vendun-
tur.

K 4

Cap. XI.



Alienationes vel oppignorationes extra hos casus factæ, nullæ sunt, & qvod ecclesia hōc nomine accepit, illud lucratur. Creditor, qvōqve actionem amittit. Tabellio, qui de super instrumentum conficit, exiliō multatur.

Hinc sumta est Artb. Quires. C. de SS. Eccles.

Tit. IV. Nov. CXXI.

Ut particulares usurarum solutio-
nes in duplum computentur.

Usuræ etiam si qvotannis particulariter solutæ fuerint, qvamprimum tamen alterum tantum attigerunt, non ulterius debentur, & si nihilominus exiguntur, in fortē computandæ sunt.

Abrogatur hīc l. 10. C. de usur. In praxi tamen adhuc seqvimur illam l. 10. Brunnem. ad eand. Illustr. Stryk. Caut. Contr. Sec. 2. C. I. §. 28. Conf. Finckelth. Obs. 40. qui & tunc usuras ultra alterum tantum debexi recte asserit, si Creditor eas qvidem qvotannis non percepit, Debitorem tamen diligenter interpellavit. Excipit qvoqve usuras pupillares, rei judicatz, annos redditus, & si petuntur tanqvm interesse, num. 25. ubi plures allegat.

Tit.

Tit. V. Nov. CXXII.

Edictum Pientissimi Domini nostri Justiniani de formula artificum.

Prohibetur, ne artifices, agricolæ, nautæ, aliique negotiatores plus exigant, quam moribus constitutum est, Sie sollen die Leuthe nicht übersegen, sub pena tripli.

Tit. VI. Nov. CXXIII.

Deo

Sanctissimis Episcopis & Deo amabilibus & reverendissimis Clericis & Monachis.

Disponuntur hinc multa de Clericis, quæ partium jam in Nov. V. & VI. dicta, partim verò usum apud nos non præstant, unde in iis recensendis longi non erimus.

Non debet quis per munera ad Episcopatum adspirare, c. 2. potest tamen bona sua vel ante, vel post ordinationem ecclesia offerre,

c. 3.

Episcopatus à servili & adscriptitia fortuna liberat, item & à patria porestate. Non autem à fortuna curiali c. 4. Exceptio in c. 15. v. c. 17.

Presbyteri, diaconi & subdiaconi tutelam legitimam suscipere possunt, Episcopi & Monachi nullam, c. 5.

K 5

Cle-



Clerici à muneribus personalibus & negotiis secularibus abstinere debent, c. 6.

Episcopus testimonii dicendi causâ non evocatur ad judicium, sed domi jurat, c. 7.

Nec in causa pecuniaria, aut criminali ad Judicem seculariem trahendus citra Imperialem iussionem, c. 8.

Non debent abesse ab ecclesiis ultra annum, & sine consensu Patriarchæ planè abesse non debent. c. 9.

Archiepiscopi & Patriarchæ sepius in singulis annis concilia & synodos celebrent, c. 10. Apud nos non nisi Principis autoritate.

Ante causæ exitum nemo est excommunicandus, c. 11.

Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Cantores & Lectores res qvolibet modō in eorum Dominum pervenientes plenō jure possideant instar peculii castrensis, licet sint sub patria potestate, c. 19.

Presbyteri & Diaconi in causa pecuniaria falsum testimonium perhibentes, trienniō à sacris monasteriis separantur & monasteriis includuntur. Q[uod] si hoc in causa criminali faciant, degradantur & legitimis pœnis subjiciuntur. Clerici reliqvorum ordinum non solum ab officio removentur, sed etiam verbiberibus afficiuntur, sive causa sit civilis, sive criminalis, c. 20.

In c. 21. 22. 23. 24. seqq. agitur de foro competente clericorum, de sportulis, &c.

Si quis cum sacra ministeria celebrantur, episcopo, aut clericis, aut ministris ecclesie injuriam infert; verberandus est & in exilium mittendus. Si vero & sacra ministeria conturbaverit, aut fieri prohibuerit, capitaliter punitur, c. 31.

Hodiè poena arbitraria obtinet, v. Finckelth,
obs 72. pricipiū n. 6. & 8.

Laici non debent *Litanias*, id est, publicas preces & processiones celebrare sine Episcopo & Clericis & crucibus, c. 32. vid. Brunnem, ad Avth. *Sed novo jure. C. de SS. Eccles.*

Conditio nuptiarum liberorum alicui adscripta, pro non scripta habetur, si talis persona monasterium ingreditur. Censetur enim sine nuptiis vel liberis decepsisse. Et talia legata ad pias causas sunt applicanda. c. 37.

Sponsalibus per ingressum monasterii solutis, simplex tantum arrha redditur, non dupla, c. 39.

Maritus monasterium ingrediens uxori dotem restituit. Uxor autem hanc vitam eligens, donationem propter nuptias reddit. Lucrum autem dotis in casum mortis uxorius ipsi promissum retinet. Si ambo monasticam vitam amplectuntur, quilibet sua recipit, cessantibus paciis dotalibus, c. 40.

Filius



Filius ut ingratus exheredari nequit, qvī
Monachus fit, c. 41.

Rapiens monialem, aut eam sollicitans, aut
corrumpeens, capitaliter punitur, c. 43.

Laici & p̄cipue Scenici non debent usū
schemeate monachorum, sub poena corporalī
& exili, c. 44.

Authenticæ ex hac Novella desumptæ:

Ex c. 4. Avth. Episcopalis. C. de Episc. & Cler.

Ex c. 5. Avth. Presbyteros.

Ex c. 7. Avth. Sed Judge.

Ex c. 8. Avth. Nullius Episcopus.

Ex c. 10. Avth. Interdicimus.

Ex c. 11. Avth. Si quis Episcopus.

Ex c. 13. Avth. Presbyterum & eod. tit.

Avth. Diaconissam.

Ex c. 15. Avth. Sed neque.

Ex c. 17. Avth. Si servus. &

Avth. Adscriptitios.

Ex c. 19. Avth. Presbyteros.

Ex c. 21. Avth. Si quis litigantium. C. de Episc.
aud.

Ex c. 28. Avth. Sed bodiè.

Ex c. 31. Avth. Sed novo jure.

Ex c. 27. Avth. Nisi, C. ad Sc. Trebell.

Tit.

Tit. VII. Nov. CXXIV.

Ut litigantes jurent in exordio litis,
quia neque promiserunt dare Judicibus
neque dabunt: & de sportulis, & ut quæ
jubentur referendarii compleant, & non
misceant semetipos causæ & per
se exequantur.

Cap. I.

Agit de jurejurando calumniae, cuius teno-
rem rubrica indicat. Qui ad judicem
venire ipsi nequeunt, coram Commissariis ju-
rant. Idem in mulieribus, quæ propter ho-
nestatem vitæ extraneis viris se monstrare non
consueverunt, & hæc absente etiam adversariõ
jusjurandum præstant.

Hinc desumpta est *Auth. Principales. C. de ju-*
rejur. propt. cal. dand.

Cap. II.

Si quis ex litigantibus pœnitentia ductus
fateatur se aliquid dedisse, aut promisisse, hoc
que ipsum probet, innc veniam meretur. Qui
autem accepit rem, triplum ejus, & cui saltē
promissio facta, duplum rei promissæ pœnæ
locō solvere tenetur & dignitatem, si quam
habet, amittit. Qvod si aliquid in criminali
causa acceperit, bona ejus confiscantur & exi-
liō plectitur.

Sed



Sed quid si non possit probare, assertum suum? Tunc ille, qui accepisse dicitur, juramentum purgationis præstat et quod præstato absolvitur, alter autem in causis pecuniariis estimatio nem litis solvere tenetur & in criminalibus ejus bona confiscantur. Recusans jurare, pœnis constitutis subjicitur. Qui juravit non dedisse, aut non proratisse, intra decem verò menses à tempore latè sententia contrariae convincitur, is adhuc memoratis pœnis subjicitur, non minus quam ille, qui datum vel promissum accepit. In causis pupillorum & minorennum Tutores & Curatores jurant & pœnam ex propriis facultatibus solvere tenentur.

Hinc desumpta est Art. Novo jure. C. de pœn. jud. qui male jud.

Cap. III.

Sportulae ultra constitutum modum non sunt exigendæ sub pœna quadruplici.

Pœna quadruplici apud nos est extra usum. Interim valde hic peccatur hodiè, prout querulantes Litigatores quotidiè compabant. Das Nefas trägt mehr ein als das Fas.

Cap. IV.

Referendarii in causis, quas referunt ad Imperatorem, non habent potestatem cogendi partes litigantes ad ineundam transactionem, sub pœna amissionis dignitatis.

Trans-



Transactionem fraudere debet Judex, non imperare. Unde in primo termino ante omnia amicabilis compositio partibus commendari solet. Qvod si tamen ex Processu aliquo publicum scandalum oriatur, Judex quoque compellere potest ad transigendum.

Tit. IX. Nov. CXXV.

Ut Judices non expectent sacras jussiones, sed quæ videntur eis, decernant.

Judices secundum leges ipsis præscriptas judicare debent, nec est, ut semper ad superiorem de causa referant.

Hinc desumpta est *Artb. Novo jure. C. derelat.*
& abrogatur *l. 4. C. eod.*

Tit. IX. Nov. CXXIV.

Exemplum sacræ formæ de appellationibus.

Cap. I.

Appellatio à sententiis judicum spectabilem à Præfecto Prætorio & Quæstore sacri Palatii judicatur, eō ordine & tempore, qvō in sacro Consistorio lites finiuntur.

Pertinet huc *l. 32. C. de appellat.* Hodiè hujus capititis nullus est usus.

Cap.



Cap. II.

Corrigitur h̄ic *Novell. XLIX.* & disponitus, qvod elapsō terminō tr̄ium mensium & appellante intra hunc terminum appellationem, non prosequente, causā cognitā de lite pronunciari possit, nec biennium sit expe&ctandum.

Hodiē terminus intra qvem appellatio introducenda & prosequenda nimis quantum variat, qvod ex ordinationibus Processuum est addiscendum.

Cap. III.

Judex à qvo intra XXX dies post interpositam appellationem acta cum sua subscriptione, id est, relatione, appellantibus edere tenetur. Qvod si hoc non faciat & propterea appellatio deserta fiat, appellantibus ad interesse tenetur & denarum librarum auri pœnam rebus Imperatoris privatis inferendam persolvit.

Hoc adhuc hodie obtinet, qvod Judex per negligentiam suam aliquem l̄dēns eō nomine ad interesse teneatur. Qvotiescumque tamen per Judicem stat, qvo minus aliqvid expediatur in præfixo termino, toties regulariter terminus labi non solet. Pœna qvoqve in b. cap. statuta apud nos extra usum est.

Tit.



Tit. X. Nov. CXXVII.
Ut fratribus filii succedant, &c.

Cap. I.

Der Nov. *XIIX. c. 2. & 3.* fratribus germanorum filii simul cum ascendentibus ad defuncti patrui successionem non admittuntur; quod hinc corrigitur & ipsis ius representationis conceditur.

Hinc desumra est *Ath. Cessante. C. de legit. hered.*

Cap. II.

Donatio propter nuptias, si 500 solidos exceedit, à Marito est insinuanda. Si omittatur illa insinuatio, maritus lucrum ex donatione capere nequit, uxori tamen hæc omissione nocet.

Abrogatur ergo *Nov. CXIX. c. 1.*

Hinc desumta est *Ath. Eò decursum, C. de don. ant. nupt.*

Cap. III.

Conjux superstes, qui extantibus ex priori matrimonio liberis à secundis nuptiis abstinet, non solum habet usumfructum donationis propter nuptias, (ut in *Nov. XIIX. c. 1.*) sed tantum quoque exinde proprietatis jure capit, quantum ad virilem filii portionem pertinet.

L

Hinc



162 Collat. IX. Novell. CXIIIX.

Hinc desumta est Avib. Si tamen. C. de secund.
nupt.

Cap. IV.

Matrimonium sine causa non est dissolven-
dum. Qvod si tamen hoc sit, masculi iisdem
pœnis subjiciuntur, qvæ uxoribus dictatæ in
Nov. CXVII. c. XIII.

Tit. XI. Nov. CXIIIX.

De

Collatoribus & aliis Capitulis.

IN hac Novella constituit Imperator, qvæ
ratione & per quem *indictiones*, id est, an-
nonæ & tributa, in singulis provinciis rectè
colligi debeant. Qvæ omnia ne minimum
quidem apud nos usum habent. Modum e-
nim collectandi & collectas exigendi quilibet
Princeps in suo territorio ex proprio arbitrio
præscribit, & normam Justiniani plane non
attendit.

Tit. XII. Nov. CXIIIX.

De Samaritis.

Samaritæ juxta Augustinum *de heret.* c. 2b.
(v. Stephani hic) missionem Spiritus Sancti
Apostolis factam negabant: Sacramentum
Eucharistia expeldebant eisque vice sanguinem

nem infantuli aculeatis vulneribus extorquerebant eumque cum farre miscabant & hanc massam loco sanguinis & corporis Christi exhibebant. Mira consuetudo, si Augustino fides habenda!

Cap. I. & IV.

Samaritis Justinianus facultatem testandi & disponendi inter vivos ademerat per L. 17. C. de heret. Ast quoniam Sergius, Episcopus, postea pro ipsis intercesserat illisque testimoniis, quod meliores facti sunt, dederat; ergo illam disponendi potestatem ipsis iterum concedit per b. cap.

Cap. II.

Si moriuntur relictis filiis & aliis heredibus legitimis orthodoxis, hi filios & cognatos hereticos à successione excludunt, cum quibus in eodem gradu sunt constituti.

Cap. III.

Ita exclusi, si posteà veram fidem amplectantur, suas portiones adhuc recipiunt, frustus tamen medijs temporis amittunt. Pater, aut aliis, conficiens testamentum, filiis & successoribus hereticis ultra duas uncias non relinqvit, reliquam partem orthodoxi capiunt, salvò tamen & hic penitentia jure.

Samaritas apud nos non habemus, & sic Novella est extra usum. Hodiè illi, qui tribus in Imperio toleratis Religionibus

L 2 non

non sunt addicti, juxta principia papistica
ab hereditate plane excludantur. Princi-
pes tamen Evangelici hæc salvō instrumen-
tō Pacis Westphalicæ merito emendant-

Tit. XIII. Nov. CXXX.

Qvomodo oporteat milites transi-
tum in civitatibus facere & de
introitu.

Disponit h̄ic Justinianus, qvod transitus
militum sine incommodo subditorum fie-
ri debeat. Jubet milites contentos esse iis fru-
ctibus, qvi in Provincia nascuntur, per qvam
transeunt. Prohibet, ne aliquid exigant vel
milites, vel etiam Duces, à subditis annonæ
nomine, aut pro introitu, ut tunc vocabatur.
Et denique prohibet, ne metatorum occasione
principales ædium partes occupent, qvas ipse
paterfamilias inhabitare solet.

Quid hodiè observandum sit in transitu mi-
litum ex Constitutionibus militariibus cu-
jusvis Principis est addiscendum. Interim
ea, qvæ h̄ic statuit Justinianus, summæ &
qvitatis sunt, qvæ utinam ita observaren-
tur, prout observari debebant.

Tit. XIV. Nov. CXXXI.

De Ecclesiasticis titulis & privile-
giis aliisque capitulis.

Cap.

non

Cap. I.

Sanctæ regulæ Ecclesiasticæ, quæ à sanctis
quatuor Conciliis, (Oecumenicis) Nicæ-
no, Constantinopolitano, Ephesino primo &
Chalcedonensi, expositæ sunt aut firmatæ,
legum vicem obtinere debent. Imo dogmata
horum conciliorum sicut sanctæ scripturas acci-
pit Justinianus.

Concilia decisionem articulorum fidei per
modum legis nemini obtrudere possunt.
Ecclesia enim, quam vocant *Representati-
vam*, est merè papistica & verbo Dei adver-
sa. Neque enim in rebus fidei, ut in Col-
legiis alias, majora vota admittuntur. Nec
Concilium Hierosolymitanum, de quo
Attor. c. 15. hic prætextum præbere potest,
cum ejus indeoles ab indole subsequentium
totò cœlō sit diversa.

Cap. II.

Papa Romanus primus omnium sacerdo-
tum esse debet. Secundum locum Archiepi-
scopus Constantinopolitanus occupat.

Cap. III. & IV.

Agitur hīc de juribus Archiepiscopi primæ
Justinianæ & Episcopi Carthaginensis.

Cap. V.

Bona ecclesiastica ab omnibus oneribus li-
bera sunt, exceptis casibus, si de reparacione

L 3 itine-

166 *collatio IX. Novell. CXXXI,*
itinerum & pontium, horumqve ædificatione
agitur.

Cap. VI.

Contra ecclesias sola quadragenaria præ-
scriptio currit, (v. *Nov. IX.*)

Hinc desumpta est *Avis. Quas actiones. C. de-
ss. Eccles.*

Cap. VII.

Repetuntur hîc ea, qvæ habentur in *Novell.*
LXVII. c. i. & additur, eum, qvi semel tem-
plum ædificare aut renovare cœpit, ad ejus
consummationem, si cessat, compellendum
esse, & hoc qvoqve in heredibus obtinere.

Cap. VIII.

Sacra ministeria in privatis domibus & fun-
dis neutiqvam siant sine loci ejus clericis.
Qvod si contra fiat, dominus illa per sanctissimum
& Deo amabilem Episcopum ecclesiarum vindicatur,
si Dominus ipse deliqvit. Secus si conductor,
emphyteuta, &c. in alienis ædibus tale quid
committat. Tunc enim ejus saltem bona ec-
clesiarum addicuntur & ipse provincia expellitur.

v. suprà *Nov. LIX.*

Cap. IX.

Legatum vel hereditas, *Deo & Christo reli-*
cta, pertinet ad ecclesiam loci, ubi testator do-
micilium habuit. Sin *sanc*tus* aliquis in testa-*
mento honoratus, non autem specificè deter-
minatus, tunc si plura oratoria ejusdem sancti
in



in eodem loco reperiuntur, pauperiori cedit id, quod relictum est. Si in civitate nulla est ecclesia illi sancto dicata; tunc cedit illi ecclesia, quae in eodem territorio, licet in alia civitate, dicto sancto est consecrata. Sin nec in toto territorio hujusmodi templum reperitur, tunc legatum cedit ecclesia ejus loci, ubi testator domicilium habuit.

v. l. 26. C. de SS. Eccles.

Cap. X.

Si quis in testamento ædificationem orationis alicuius, orphanotrophii, xenodochii, &c. heredi injunxerit, tunc oratorium intra quinque, reliquæ autem reverendæ domus intra unum annum perfici debent. Quod si cessent ultra hoc tempus heredes, ad ædes alias in hunc finem comparandas, vel conducendas tenentur, donec id factum sit, quod testator fieri voluit. Directores orphanotrophii, &c. ipse testator denominare potest, ita tamen ut beatissimo Episcopo inspectio non denegetur.

Cap. XI.

Legata pro redēctione captivorum & alienis pauperum relicta, distribuuntur ab eo, cui testator hoc commisit. Si autem hic nūminem nominavit, vel nominatus officium suum non facit, ad episcopum illa cura pertinet, licet testator hoc prohibuerit. Heres aut alijs à testatore nominatus, monitus ab Epi-

L. 4. scope



168 Collat. IX. Novell. cXXXI.

scopo semel aut bis & tamen cessans adimple-
re voluntatem defuncti, lucrum omne, quod
ex testamento ad ipsos spectabat, amittunt.

Hinc desumta est *Arib. licet. C. de Episcop. & Cler.*

Cap. XII.

In legatis ad pias causas non detrahitur Fal-
cidia. Præstanta sunt illa intra sex menses
ab insinuatione testamenti numerandos, alias
heres cessans ad omne interesse tenetur. Si
legatum annale relinqvitur ecclesiæ & ex loco
in ipsa vel vicina provincia sito percipitur;
illud non est alienandum. Sin ex loco dissimil-
to, commutari vel alienari poreft, ita tamen,
ut permutatio fiat cum augmento quartæ par-
tis relicta in testamento quantitatis, in vendi-
tione autem pretium tantum constituatur,
quantum **ex ipso legato** XXV annis colligi-
tur.

Cap. XIII.

Episcopus & hujus exempli administrator
aliorum piorum locorum de rebus post epi-
scopatum aut officium adeptum ad eos devo-
luti disponere nequeunt, nisi ad captivorum
redemptionem ceterosque pios usus. Excipi-
untur tamen bona, quæ à cognatis intra quar-
tum gradum ad ipsos sunt devoluta.
Morientibus ab intestato ecclesia succedit.

Hinc desumta est *Arib. Licentiam. C. de E-
pisc. & Cler.*

Cap.



Cap. XIV.

Hæreticus nec per emitionem, nec per con-
ductionem, nec aliò modò res immobiles ve-
nerabilium locorum in se transferre debet.
Qvod si tamen ejusmodi quid fiat, hæreticus
amittit, qvæ hoc nomine dedit, res vindicatur
& rector ecclesiz, qui contra cùm hære-
tico celebravit, ab officio deponitur, monaste-
rio includitur & per annum à sancta commu-
nione excluditur. Privatus orthodoxus in
hæreticum aliquid transferens, nulliter agit,
& res ab ecclesia vindicatur, nisi orthodoxus
in justa ignorantia fuerit, hæretici tamen sub-
stantia & hoc casu fisco applicatur. Hæreticus
speluncam incredulitatis suæ, aut Judæus no-
vam synagogam ædificans, amittit rem ædifi-
catam eaqve ecclesia cedit.

Profluunt hæc omnia ex principiis papali-
bus, & cum fundamento scripturæ non
conspirant.

Cap. XV.

Orphanotrophi tutoribus sunt similes, &
propterea ad eadem tenentur, qvæ à tutoribus
reqviruntur.

Colligit eqvidem Stephani & alii (v. Pagan.
Gaudentius de morib. sec. Justin. P. i. c. 4.) ex
b. Nov. quod è tempore ius regendæ religionis ad-
duc magna ex parte penes Cesares fuerit & po-
testas in Clerum ipsis competierit; Sed nobis

L § hoc

170 collat. IX. Novell. CXXXII.

hoc prætersum jus jam eō tempore parūm
amplius in recessu habuisse videtur. Caſa-
res enim, qvæ de ecclesiis leges condi-
tūnt, & dñ nutum Cler. fecerunt, adeoqve
Clerus sine dubio eas Leges Caſaribus pra-
ſcripsit.

Tit. XV. Nov. CXXXII.

De

Interdictis Collegiis hæreticorum.

Prohibentur conventicula hæreticorum, &
illi, qui eadem in domo sua fieri permittit,
pœna confiscationis illius domus dictatur.

Est hic ille modus, quo usus est Rex Galliæ
adversus Hugonottas & adversus domos in
qvib[us] convenerunt die Neuerbefehlte ut
vocantur. Ceterum nostrâ etate de licen-
tia collegiorum pietatis, aſceticorum, aliorum
que acriter disputatum inter yngois Luthe-
ranos & qvos dicunt Pietistas. Nobis hæc
collegia in se illicita non esse videtur. Qvod
si tamen Princeps ea prohibeat, pius & hic
jussui Principis ſe ſubmittet. Potest enim
nihilominus pietas exerceri.

Tit. XVI. Nov. CXXXIII.

Qvomodo oporteat Monachos vivere.

Repe-



Repetuntur h̄ic Cap. I. ea, qvæ suprā in *Novell. V. c. 3.* dicta erant. In cap. II. prohibetur, ne Monachi in ecclesia cum personis extraneis confabulentur. In Cap. III. ne mulieres in virile, nec masculi in fœmininum monasterium sub ullo prætextu veniant. In C. IV. & V. ut *Responsarii*, (id est, inspectores, quorum duo vel tres, iūque evnuchi, aut senes & casti in quolibet monasterio masculino & fœminino esse debent) diligenter in vitam & mores monachorum inquirant. In C. VI. disponitur, ut Monachus in taberna aliqua deprehensus Magistratui tradatur & ab hoc castigetur. Deinde quoque ab Abbe monasterio ejicitur, quia angelicam conversationem in confusionem vite mutavit.

Tit. XVII. Nov. CXXXIV.

Ut nulli Judicum liceat habere loci servatorem, nisi certis ex causis divina concesserit jussio.

Cap. I. & II.

Non permitiuntur Judicibus, ut vicarios constituant, qui ipsorum vice jus reddant. Exceptio est, nisi Judices per Imperialem iussionem ad alia loca vocentur, tunc enim interim vicarius est constituendus. Judices autem iter ejusmodi facientes subditis non sint graves,



graves, nec angariis, nec perangariis, nec epidemeticis &c.

Hoc juris universalis est, quod Judex ipse cognoscere debeat. Pro re nata tamen causam vel ejus partem, v.g. examen testimoniū, &c. alteri delegare non est prohibitum.

Cap. III.

Quæ jure communi licita, e.g. testamenta facere, donationes insinuare, &c. ea à Judicibus non sunt impedienda aut prohibenda, sub pœna amittendæ dignitatis, exilii, & dupli partibus læsis restituendi.

Hodiè pœna est arbitratia.

Cap. IV.

Propter crimen ab altero commissum alter puniri nequit, licet sit concivis.

Delinqvens qui aufugit & ubi degat ignotum est, edictaliter est citandus (apud nos in dreyer Herren Landen) & si non comparet, contra absentem proceditur. Quod si resciscat Judex in quamnam provinciam se contulerit, tunc ejus provinciaz Judex per subsidiales est reqvirendus, qui reum sub pœna ad locum delicti remittere tenetur.

Hinc desumpta est Artb. Si vero. C. ad L. Jul. de adult.

Hodiè remissionses sunt civilitatis, non necessitatis, & non sunt nisi datis rever-

fa-



salibus, daß es dem remittenti an seiner zu-
stehenden Jurisdiction nicht præjudicirlich
seyt; auch in dergleichen Fällen an der andern
Seiten wiederum also gehalten werden selle.
**Teneatur autem is, cui sit remissio, remittenti
expensas restituere.**

Cap. VI.

*Successor ea expedire tenetur, qvæ ante-
cessor ad finem non perduxit.*

Cap. VII.

*Debitorum filii à creditoribus pignoris locô
retineri, aut in servitutem redigi, aut per mo-
dum conductionis gravari non debent, sub
pœna amissionis debiti & pœnæ corporalis &
alterius tanti restituendi.*

Hinc desumta est Artb. Imò à debito. C. de obl.

Cap. IX.

*Mulier pro marito intercedens nullatenus
obligatur, sive semel, sive multoties, sive pri-
vatim, sive publicè hoc fiat, nisi pecuniam in
eius utilitatem versam esse probetur.*

*Hinc desumta est Artb. Si qra mulier. C. ad
Sc. Vellejan. admittunt tamen DD. juratam
hujus novellæ renunciationem.*

Cap. VI.

*Mulier carceri non includenda, sed vel ad
juratoriam cautionem admittenda, vel in gra-
vibus criminibus monasterio includenda, ne
forsitan castitatis sentiat præjucium,*

Hinc



Hinc desumpta est Avth. Sed hodie. C. de officiis diversis judic. & Avth. Hodiè. C. de custod. reor.

Cap. X.

Mulier si adulterii convincitur, in monasterium est detrudenda, ita tamen, ut maritus eam, si velit, intra biennium recipere possit. Qvod si hoc non faciat maritus, mulier tonsuratur & habitu monialium vestitur. Bona ejus monasterio cedunt, nisi descendentes vel ascendentes habeat, quorum priores duas partes substantiarum ejus, posteriores autem (si non consenserunt iniurati mulieris) quatuor saltus uncias accipiunt.

Hinc desumpta est Avth. Sed hodie. C. ad L. Jul. de adult.

Hanc & reliquas Leges in favorem mulierum conditas, quae in corpore juris exhibentur, autoritas Theodorae procuravit obstetricante Tribonianô, v. Pagan. Gaudentius de morib. sec. Justin. P. 2. c. 33.

Cap. XI.

Divortium solō dissensu (ut in Nov. XXII. c. 4.) & præter causas in Nov. CXVII. c. 8. & 9. expressas non conceditur. Qvod si de facto hoc fiat, ille, qui hoc ausus est, in monasterium detruditur. Circa bona ejus ita distingvendum. Aut descendentes habent heredes, aut ascendentes. Priori casu monasterium quatuor saltus uncias accipit, & reliqua descendentiibus statim defruntur. Posteriori, duæ partes monasterio cedunt



cedunt & tertia servatur ascendentibus. Si nec ascendentes adsunt, aut adsunt quidem, sed divortio consenserunt, tota substantia monasterio vindicatur. Notarius super iustitia separazione instrumentum conficiens corporaliter punitur & in exilium mittitur. Qvod si penitentia ejusmodi divortii & ad sanam mentem redeant, antequam monasterio includuntur, penitentia omnes cessant. Unde penitente alius, qui se reconciliationi opponit, solus pena afficitur.

Hinc desumpta est Art. Idem est. C. de bonis & malis. Capitulum hoc de cetero nullum apud nos usum habet.

Cap. XII.

Accusatus adulterii, sed justas penas effugiens per prodictionem judicum, aut aliò modo, si postea invenitur, qvod cum eadem muliere turpiter conversetur, aut eam plane in uxorem ducat, ultimò supplicio afficitur & matrimonium nullum est, mulier autem illa in monasterium detruditur & utriusque bona confiscantur.

Hodie inter adulterum quoque & illam, quam adulterio antea polluit, matrimonium subsistit, juxta juris Canonici placita. Modo tamen præcedat publica penitentia, adulterium cum promissione futuri matrimonii non fuerit conjunctum & insidie vita prioris conjugis non accesserint, de qua latè agit Finckelth. *obs. pract. 25.* *Cap.*



Cap. XIII.

In pœnis infligendis moderatio est adhibenda & temperamentum. Nec ergo uterque pes, vel ultraque manus est abscindenda, sed una tantum. Et ubi delictum tale est, quod mortis pœnam meretur, mors potius est infligenda, alias vero, si delictum levius, delinqvens castigandus, aut in exilium mittendus. Propter furtum nemo capitaliter punitur, nec eimembris abscinditur, sed aliter est puniendus. Diversimode se res habet intuitu raptorum. Confiscatio locum non habet, nisi in crimen læse majestatis, & in reliquis delictis, si quis non habeat descendentes & ascendentess usque ad tertium gradum. Uxores recipiunt dotem & donationem propter nuptias, aut si matrimonium fuit indotatum, portionem à legibus definitam, (v. Nov. CXVII. c. 5.)

Hinc sumpta est Avth. Sed novo jure. C. de serv. fugit. & habetur in l. 3. eod. quod servis ad barbaros fugientibus pes abscissus fuerit. Item hinc sumpta est Avth. Bona damnatorum. G. de bon. prescript. ubi etiam casus excipitur, si quis collaterales usque ad tertium gradum reliquerit. De consuetudine confiscatio extra crimen læse majestatis, licet collaterales vel alii agnati, aut cognati non ad sint, non obtinet, v. Carpzovium & alios quos allegat Brunnemann. ad Avth. Bona damnatorum. G. de bon. prescript.

Tit. XVII.



Tit. XVII. Nov. CXXXV

Ne quis cogatur bonis cedere.

Debitores, qui non suô vitiô, sed casu ad inopiam sunt redacti, bonis cedere non coguntur, modo jurent, quod nullam rerum causâ occasionem, aut aurum reliquum habent, unde aris alieni supplementum faciant, (quod bonam copiam ejus dicunt.) Conceditur tamen Creditoribus, ut ipsi sine cessione (quæ tunc maculam aliquam Debitori inureret censebarat) bona debitoris conquirant, & ejus quoque debitores convenient. (Ergo in effectu cessione nihilominus est.)

Tit. XIX. Nov. CXXXVI,

De

Argentariorum contractibus.

Argentarii publicas tabernas in foro publico auctoritate positas habebant, pecunias publicas tractabant easque bonâ fide expensabant his, qui illis opus habebant, quorum tabulæ plenam fidem merebantur, Stephanus his n. i. qui apud nos non amplius repertuntur, adeoque multa ex hac novella excerpte operæ pretium non erit.

M

Tit.



Tit. XX. Nov. CXXXVII.

De

**Ordinatione Episcoporum vel
Clericorum.**

Non sunt ordinandi, nisi digni. Non bīgami, &c. *Cap. I.* Jurare debent, se nec per gratiam, nec per dationem &c. ad officium pervenisse, *Cap. II.* Si quis contra clericum accusationem instituat, ordinatio differenda, *Cap. III.* Singulis annis synodus habenda & in vitam clericorum inqvirendum, *Cap. IV.* Imō toties inquisitio instituenda, qvoties aliquis accusatur, *Cap. V.* Preces in baptisme clarā voce recitanda sunt, ut à populo exaudiri possint, *Cap. VI.*

Bona ex parte monita, qvæ utinam & apud nos melius observarentur!

Tit. XXI. N. CXXXIX.

De

**Usuris suprà duplum non
computandis.**

Repetitur hīc *Novella CXXI.* qvam vide.

Tit.



Tit. XXII, N. CXVVI.

Indulgentia illicitè contractarum
nuptiarum.

Constitutio hæc est specialis. Remittit enim Imperator incolis Syndios pagi & Hebræis in Tyro insula pœnam incestarum nuptiarum, (de qua v. Nov. XII, c. i.) & eam in pœnam denarum auri librarum commutat. Adduxerant enim illi, se jam longo tempore in eo matrimonio vixisse & filios procreasse, atque adeò cum lachrymis indulgentiam petierant.

Tit. XXIII, Nov. CXL.

Ut consensu matrimonium solvi possit.

Permittitur in hac Novella dissolutio matrimonii dissensu contrahentium facta,
Hoc apud nos non obtinet.

Tit. XXIV. Nov. CXLI.

Edictum de his, qui luxuriantur contra naturam,

Poenam sodomiz (de qua vid. ad Novell.
LXXVII,) non statim vult infligi Justinia-



nus, sed eam prorsus remittit, modò delin-
quentes seriam agant pénitentiam & ejus
fructus ostendant.

Tit. XXV. Nov. CXLII.

De

His, qvi Eunuchos faciunt.

Cap. I.

Illi, qvi evnuchos faciunt, (libidinis aut
pretii servorum augendi gratiâ vid. l. i. §. 5.
C. de comm. serv. mar.) si mares sunt, pœna ta-
lionis afficiantur, bona eorum confiscentur
& deportentur. Mulieres hoc facientes in
exilium mittantur bonis earum fisco itidem
addictis. Eadem pœna in illos statuitur, qvi
domum ad hoc præbent, aut personas ca-
strandas offerunt.

Cap. II.

Servi castrati liberi sunt nec ullo prætextu
in servitutem retrahi possunt, etiamsi castra-
gio propter moebum facta sit.

Tit. XXVI. Nov. CXLIII.

De

Muliere raptum passa.

Concesserat Imp. in l. un. *C. de rapt. virg.*
Virgini raptæ substantiam raptoris, simul
tamen

tamen prohibuerat, ne raptoris nuberet.
Hanc legem quosdam ita interpretatos esse
dicit, ac si tunc etiam rapta hoc privilegio frui
deberet, licet raptoris nuberet, quam interpre-
tationem hic improbat Justinianus, & eō casu
substantiam raptoris parentibus virginis ra-
ptæ in tales nuptias non consentientibus, aut
his deficientibus Fisco addicit.

Hodie confiscatio non habet locum, & ra-
pta raptoris impune nubere potest, *juxta c.
pen. & ult. X. de rapt.*

Tit. XXVI. Nov. CXLIV. **De Samaritanis.**

Est hæc Novella Justini, successoris Justi-
niani. Indulserat autem Justinianus Sa-
maritis varia jura in *Novell. CXXIX* ob spem
conversionis, quam de iis conceperant episco-
pi. Cum autem hæc spes eos & Imperatorem
falleret ac Samaritani quamvis baptizati es-
sent, ad pristinam hæresin redirent privilegia
quaque ante concessa iterum sublata fue-
runt.

Tit. XXVII. Nov. CXLV.
**Ut de cetero nullam licentiam ha-
beat Dux Lydiae & Lycaoniæ in Phrygiam
utramque & Pisidiam advenire.**

M 3

Tit.



Tit. XXIX. Nov. CXLVI.

Ut liceat Hebræis secundum traditam legem sacras scripturas Latinè vel alia lingvâ legere, & ut de locis suis explantur non credentes iudicium vel resurrectionem aut dicentes (i. e. negantes) angelos subsistere creaturam

Dei. (a)

(a) forsitan respexit Imperator ad se etiam Ju-
dexorum, qui *Sadducei* appellabantur, de quibus v. Matth. 22. v. 23. & Att. 23. v. 8.

Tit. XXIX. Nov. CXLVII.

De

Reliquis publicis non exigendis &
de discussione diversarum actio-
num.

Tit. XXX. Nov. CXLIIX.

De

Indulgentia reliquorum publi-
corum.

R Emittit hic Imperator ex singulari gratiâ
subditis ea, quæ ex tributis adhuc debe-
bant.

Tit.



Tit. XXXI. Nov. CXLIX.

Ut Dei amantissimi Episcopi cum
provinciarum indigenis & incolis, qvos
sibi præsides esse velint, eos sibi à sacratis-
simo Principe concedi petant, iique gratis
Præsides fiant: ut tamen, qvi in Præsidem
petitur, idoneè fisco caveat. Si verò Præ-
sidem petere distulerint, ut tam adversus
eum, qvi ipsis Præses missus fuerit, qvod-
cunque etiam occasione publicorum tri-
butorum fecerit, querelam instituere
nequeant.

Tit. XXXII. Nov. CL.

De

Ea, qvæ raptori suo nubit.

Confirmantur hic ea, qvæ de pœna raptor-
um & de femina raptori nubente jam
ante statuta erant in *Nov. CXLIII.*

Tit. XXXIII. Nov. CLI.

Ne Decurio aut cohortalis perdu-
catur in jus sistaturve judicio citra jussio-
nem Principis, qvæ insinuatur
Præfectis.

M 4

Tit.



Tit. XXXIV. Nov. CLII.

Ne sacrae formae, (*a*) qvæ de cau-
sis procedant publicis , aliter robur acci-
piant, qvam si glorioſiſſimorum prætorio-
rum præfectis, insinuatæ tint, vel fuerint,
illicqve habeantur ratæ. (*b*)

(*a*) Id est Rescripta seu jussiones de operibus
publicis faciendis.

(*b*) ut illi Præfecti cognoscant, annon for-
tan obreptione aliqua laborent.

Tit. XXXV. Nov. CLIII.

De
Infantibus expositis,

MOs fuerat nonnullis, infantes recens na-
tos exponere , deinde autem postqvam
educati erant, eos tanquam servos suos vindic-
are, qvod hīc redarguit Justinianus, & tales
infantes liberos pronunciat, etiamsi alter do-
minium suum liquido probari possit. Poena
exponentium insuper est V librarum auri.

Hodiè si partus in loco solitario expositus
& mortuus est, poena capitalis ; si in loco,
ubi vulgō homines ambulant , fustigatio;
si non mortuus, arbitaria obtinet. Carpz.
Pr. Crim. qu. 10.

Tit.



Tit. XXXVI. Nov. CLIV.

De

His, qvi in Ostroëna illicitas con-
trahunt nuptias.

Remititur h̄c incolis ostroënæ provinciæ
pœna incestarum nuptiarum usq; ad
promulgationem hujus constitutionis. Ra-
tione futurorum autem casuum pœna aliæ
statuta confirmatur.

Tit. XXXVII. Nov. CLV.

Ut matres etiam tutelæ rationibus
obnoxiae sint.

Mater tutrix secundas nuptias *exosculata*
erat, (ita enim h̄c dicitur, qvemadmo-
dum interdum opposentes *exosculantur*,
responcionem Praesidum,) eiq; filiâ mino-
rennis adhuc quietantiam dederat, in qua
fatebatur, sibi nullam adversus matrem com-
petere prætensionem. Ex postfacto tamen
filia se ex hoc actu lœsam sentiebat, & proinde
restitutionem petebat. *Quærebatur*, an li-
ceat? Ratio dubitandi erat, qvod restitutionis
petitio cum reverentia matri debita pugnare
videbatur; sed affirmativa tamen à Justiniano
præferebatur. Et sancit illius potentia: *Ut o-*
mnis reverentia, qva parentibus debetur à liberis,

M S

item



186. Collat. IX. Novell. cLV.
item honor, atque obsequium parentibus conser-
tur: dum tamen nihil ab ipsis in eorum detrimen-
tum fiat.

Derogatur ergo hic l. 2. C. Qui & advers.
qves.

Tit. XXXIX. N. CLVI.

De

Prole partienda inter rusticos.

SI liber homo cum adscriptitia concubat,
partus matris conditionem sequitur. Si
autem duo adscriptitii se commisceant, liberi
inter utriusque dominum ex æqua parte di-
viduntur, si sunt æqualis numeri. Sin vero
inæqualis, aut unus tantum existit partus;
tunc unus ille, aut major pars liberorum ad
dominum matris pertinet. Venter enim am-
plius laboravit.

Tit. XXXIX. Nov. LVII.

De

Rusticis, qui in alienis praediis nuptias contrahunt,

SI rusticus sine consensu Domini cum perso-
na alterius prædii nuptias contrahebat,
Dominus eas dissolvere & procreatos filios à
parentibus abstrahere solebat, quod hic pro-
hibetur.

Tit.

Tit. XL. Nov. CLIIX.

Ut deliberandi jus etiam ad impubes transmittatur.

Hæc rubrica potius ita concipienda erat; ult impubes quoque ante aditam hereditatem decedens, jus a deo ad heredes transmittat, prout hoc contextus docet.

Tit. XLI. Nov. CLIX.

Ut restitutiones fideicommissi usque ad unum gradum consistant.

Speciem facti ita benè exhibet Gothofriedus: Parens Constantino filio in testamento fundum relinqvit, posteà in codicillis eundem fundum Hierio nepoti suo, id est, filio Constantini, legat, cum emancipatus esset, interdicta ei omni alienatione extra familiam, tam ei, quam ejus successoribus: eique in casum si sine liberis moreretur, Constantinum patrem substituit. Moritur deinde testator, moritur & Constantinus. Hierius moriens fundum ad filium transmittit, pronepotem testatoris, is eundem relinqvit abnepoti, eique si impubes decederet, substituit matrem & uxorem, tanquam extraneos. Qvaritur an hisce fundus debeatur? Conditio primi legati, ne fundus de familia defuncti ejusque nomine exiret,



exiret, primâ facie obstare videtur, sed tamen qvia fundus ad heredes qvatuor graduum transmissus erat, lex vetat testatoris prohibitionem ulterius extendi, & ita vult fundum uxori deberi.

Aliud obtinere putant DD. si prohibitio fiat per modum fideicomissi, qvò pertinent fideicomissa familia.

Tit. XLII. Nov. CLX.

Exemplum sacræ pragmaticæ formæ de Usuris.

Dederat civitas certam pecuniaꝝ summaꝝ alicui mutuo, hâc lege, ut qvoqve annô civitati pro illa dependeret, qvantum ferre civitatem æquum esset. Postqvam deinde Constitutio promulgata erat, per qvam usuras ultra alteum tantum accipere prohibebatur, hic qvoqve debitor ulterius aliquid solvere detrectabat. Jubet autem Imperator, ut in futurum etiam solutionem perficeret, ex ratione, qvod hîc magis species anni redditus, qvam usurarum subfit.

Concedunt *arg. b. Novell. DD.* in genere civitatibus, ecclesiis & corporibus piis, qvod majores usuras capere possint, qvam priuati creditoꝝ. Et ergo usuraria sic dicta pravitas non erit contra jus naturæ, sed contra meras leges civiles, (qvod verius puto,)



puto,) aut ecclesiis iniqvitatem exercere
permisum erit.

Tit. XLIII. Nov. CLXI.

De

Provinciarum Præsidibus.

Tit. XLIV. Nov. CLXII.

**Sacra forma transmissa Dominico
gloriosissimo Præfecto de diversis
capitulis.**

Cap. I.

Donatio propter nuptias valida est, etiamsi
traditio rerum donatarum à marito non
accesserit. Imò licet per nudum paëtum ce-
lebrata fuerit.

Cap. II.

**Natus ex masculo adscriptitio & muliere
libera, libertatem quidem retinet, & omnia
qvæ acqvirit; interim tamen in fundo, ubi
natus est, manere & fundum colere debet,
donec propriam possessionem nanciscatur.,
ex qva se ipsum alere possit.**

Cap. III.

**Repetuntur h̄ic ea, qvæ in Nov. CXVI. dicta
erant.**

Tit.



Tit. XLV. Nou. CLXIII.
De Relevaione tributorum publi-
corum:

Remitit hic Justinianus ex singulari clementia subditis suis partem tributorum futurorum,

Tit. XLVI. Nov. CLXIV.
De Heredibus.

Prohibet Imperator, ne hereditas ab intestato in aliquem devoluta ei quoquo modō subtrahatur, nec per signaculorum immisionem in rebus mobilibus, nec per titulorum impositionem in immobilibus, quod olim fieri solebat.

Tit. XLVII. Nov. CLXVI.
Generalis forma de prospectu
in mare.

Tit. XLIX. Nov. CLXVI.
De

Adjectionibus, id est, de prædiorum steriliū ad fertiles impositionibus.

Cajus quædam ex prædiis suis alienavit,
reliqua autem ad heredes transmisit.

Heres




Heredes ex his iterum quædam Titio vendiderunt, quæ postea apud ipsum sterilia facta, ita ut tributa Titius amplius solvere nequeat. Quæritur quid juris? Resp. quod heredes Caij ad ea solvenda teneantur, & si hi quoque non solvendo, quod tunc à possessoribus prædiorum à Cajo alienatorum exigunt possint.

Summa Nov. CLXVII est, quod possessionem apprehendere non licet, nisi sit vacua, etiam si sententia Judicis præcesserit.

Novella ultima CLXIX hoc vult, quod, si quis habeat diversos homines ratione prædiorum servitia præstantes, & quædam prædia deserta fiant, quod ea tunc reliquias accrescere debeant.

Hæc apud nos usum aliquem non præstant.

F I N I S.



INDEX

INDEX
principiarum rerum.

A.

- A**bsens militie causâ maritus quando in expectantio
dus pag. 49. seq. 138
Actor cessans quomodo constringendus, p. 126
Adjunctio Judicium p. 104
Adscriptitii p. 51
Eorum liberi, p. 81. 186. 189.
Adulteria mulieris pena p. 174
Adulterian adulteram in uxorem ducere posse; p. 175
de Africanorum successionibus & ecclesiis p. 66
de Ancilla in Uxorem ducta p. 49. 100
Appellationis fatale, p. 61
Eius summa, p. 62
quando finienda, p. 74. 114. 160
juxta quas leges judicanda p. 128. 159
Eius effectus p. 145
Jus de non appellando, ibid.
Argentariorum contractus p. 177
Armandia ius, p. 104
Arma gerere prohibitum, p. 49. 104
de Armenis, p. 46
Arrestum publicâ autoritate imponendum, p. 106
Artifices plus justè non exigant, p. 153
Asyliorum jura, p. 38
Authenticum & Authenticata, p. 2

B.

- Blasphemia pena, p. 98
Bona liberorum quis administret p. 133
Bonorum Ecclesie immunitas, p. 105
v. Res.

C. Captio



C.

<i>Captivitas non solvit matrimonium</i>	p. 48
<i>Cautio Actoris,</i>	p. 115. 126
<i>Cedere bonis nemo cogitur,</i>	p. 177
<i>Clericorum numerus in urbe Constantiopolitana,</i> p. 12 <i>quomodo ad Clericatum adspirare debeant.</i> 13. 153	
<i>de summis in eorum ordinationem impenden- dis,</i>	p. 21
<i>de Clericorum ordinandorum mensura,</i> p. 36.	
	v. p. 178
<i>eorum forum</i>	p. 102
<i>Collectandi modus</i>	p. 162
<i>Collegia pietatis,</i>	p. 170
<i>Comparatio literarum</i>	p. 75
<i>Concilia celebranda,</i>	p. 154. 178
<i>corum autoritas,</i>	p. 165
<i>Confiscatio sublata,</i>	p. 39
<i>Conjugum successio</i>	p. 81. 134
<i>Constituti varie formulae,</i>	p. 132
<i>Controversia Theologica à quoniam decidenda,</i> p. 39	
<i>Correorum beneficium</i>	p. 119
<i>Creditor debitorum moribundam aut defunctum in- quietare non deber,</i>	p. 84
<i>nec ejus heredes,</i>	p. 131
<i>Crediti ad navem, dominum, &c. dati privilegium,</i> 117	
<i>Burialium mortis causā donatio,</i>	p. 105. 121

D.

<i>Datio insolutum,</i>	p. 15
<i>Debitorum filii,</i>	p. 173
<i>De Recurionibus,</i>	p. 66
<i>Defensores Civitatum,</i>	p. 35
<i>Depositum precisè reddendum,</i>	p. 106

N

Die



Diacomisse,	p. 20
Dignitas liberans à patria potestate	p. 101
Dilationis juramentum.	p. 75
Divisio bonorum quomodo à Parentibus facienda;	43
Divortii cause,	p. 47. 135 seqq. 138. 162. 179
Donatio p. n. dote non illatā non debetur,	p. 11
conferenda est	p. 43
non alienatur, si in immobilibus confisit,	p. 85
eius quantitas,	p. 116
insuuatione an indigeat,	p. 144. 161
Donatio Principi facta insinuations non egit,	p. 77
Donatio inofficioſa,	p. 113
Dos conferri debet,	p. 43. 118
augeri potest,	p. 56
quando restituenda,	p. 58.
eius privilegia	p. 113
in secundo filiae matrimonio eadem constituenda,	
qua ante fuit,	p. 118
Liberis servanda,	p. 119
eius non soluta exceptio,	p. 120

E.

Ecclesiasticares, v. Res.	
Ecclesia Hierosolymitana quando res suas alienare possit	p. 68
Eleemosyna quibus erogandæ,	p. 13
Emancipatio bōdierna,	p. 101
Emphyteusis ecclesiastica,	p. 23. 25
quando amittatur,	p. 150
Episcopi reqvista & officium	p. 19. seqq. 178
do ejus bonis	p. 168
Exhereditationis cause	p. 128. seqq. v. Frater.
Eynuchos facere prohibitum	p. 180
Evocatio	



<i>Evocatio reorum,</i>	p. 78
<i>Expositio infantum,</i>	p. 184

F.

<i>Falcidia quando non detrahitur</i>	<i>p. 7. seq. 147. 168</i>
<i>Fatalium lapsus quando non noceat,</i>	<i>p. 144</i>
<i>Fideicommisariæ res quando alienari possint</i>	<i>p. 67. 123</i>
<i>Fideicommisum quamdiu duret</i>	<i>p. 187</i>
<i>de Fidejussoribus</i>	<i>p. 14</i>
<i>Fœderati. qvinam,</i>	<i>p. 132</i>
<i>Erat ob quas causas fratrem exheredare possit.</i>	<i>p. 61</i>
<i>Fratrum successio,</i>	<i>p. 103</i>
<i>Eorum filiorum successio</i>	<i>p. 161</i>
<i>Funerum snnatus</i>	<i>p. 70. 84</i>

H.

<i>Hæretica pravitatis Inquisitores,</i>	<i>p. 39</i>
<i>Heretici removentur & eorum libri comburuntur,</i>	<i>69</i>
<i>non liberantur curiali fortuna</i>	<i>p. 71</i>
<i>non succedunt,</i>	<i>p. 142</i>
<i>res immobiles, venerabilium locorum in se trans-</i>	
<i>ferre non debent,</i>	<i>p. 169</i>
<i>eorum Collegia,</i>	<i>p. 170</i>
<i>Hæretici mulieres non gaudent dotis privilegio,</i>	<i>124</i>
<i>de Hereditibus voluntatem defunctorum non impletibus,</i>	
	<i>p. 6 seq.</i>
<i>Heredis nomen testator propria manu exprime</i>	
<i>non cogitur,</i>	<i>p. 146</i>
<i>Hortulanus urbis Constantinop.</i>	<i>p. 86</i>

I.

<i>Illustres per Procuratorem comparent</i>	<i>p. 91</i>
<i>Impotentia Conjugum.</i>	<i>p. 48</i>
<i>Incestus nuptie</i>	<i>p. 32. 179. 185</i>
<i>Incestuosi liber non succedunt,</i>	<i>p. 109</i>
<i>N^o 2</i>	<i>Infracta-</i>



<i>Insimilatio clericorum,</i>	p. 82
<i>Instrumentorum solennia</i>	p. 73
cautele circa ea	p. 94
<i>Instrumenta dotalia.</i>	p. 34. 97. 134 seq.
<i>Instrumentum referens sine relato non probat,</i>	p. 144
<i>Invocatio nominis divini,</i>	p. 64
<i>Judeorum jura,</i>	p. 182
<i>Judex sine suffragio fieri debet,</i>	p. 26
partes ipse audiat,	p. 85. 171
<i>Fulicis corrupti pena.</i>	p. 157
<i>Judices pedanei</i>	p. 102
<i>Juramenti ab Administratoribus praestandi formulae,</i>	
	p. 29
<i>Juramentum Religionis.</i>	p. 29
Caluniae,	p. 157
<i>Justiniana prima & secunda,</i>	p. 31 seq.

L.

<i>Landatio Autoris</i>	p. 90
<i>Legatum Deo, Christo & sanctis relictum</i>	p. 166
ad redemptiorem captivorum,	p. 167
<i>Legitima quantitas</i>	p. 41
<i>Legitimatio per subsequens matrimonium,</i>	p. 33.
alie species,	44. 45 p. 96 seq. 107 seq. 133
<i>Lenocinii pena</i>	p. 35
<i>Lex quando obliget</i>	p. 87
de Liberorum illegitimorum successione	p. 42. 108
<i>Libertorum jura</i>	p. 90
<i>Litanie que</i>	p. 155
<i>Litterarum imperiti quomodo contrabant</i>	p. 95
<i>Litigiosares</i>	p. 128

Lucrunt



Lucrum Conjugum in pactis dotalibus equaliter determinandum

p. 52

M.

- Mageschafft unde ditatur de Magistratibus Romanie,* p. 63. 65. 69. 86. 121
Mandator quis p. 14
Mandata Principum p. 37
Manus utraque non est absindenda, p. 176
Maritus in uxorem sevions p. 139
 quid ei liceat contra illum, de quo suspicionem adulterii foret ibid.
Mater eutrix, p. 115
 avo praesertur, p. 143
 ad rationes tenetur p. 185
 filios educat, p. 58
 quid si transeat ad secundas nupicias non redditis rationibus p. 58
Mediator testis esse nequit, p. 112
Mendacii pena p. 43 seq.
Milites privatis negotiis se non immisceant p. 132
 de eorum transiit per provincias p. 164
Militia an hypothecari possint, p. 80
Minor quando manumittere posset, p. 144
de Monachis, p. 16. 190. 156. 171
 eorum schemate Laici & scenici uii non debent p. 156
Monasterium non est alienandum p. 26
 Conjuges illud ingredientes quid resistuant; p. 155
Moniales rapientis pena, p. 156
Mulier pro marito intercedens, p. 173
 Carceri non est includenda. ibid.

N 3

N. Natus

N.

- Naturales liberi* p. 97
Negantis propriam transam pœna p. 43
*Notarii instrumentum super re prohibita conficien-
tis pœna,* p. 25. 175
Novellarum denominatio, ordo. &c. p. 1 seqq.
Numeratio pecunie quomodo probetur, p. 110
Nuptiarum secundarum pœna, p. 9. 52 seqq.
Nuptie quomodo dissolvantur, p. 46

v. *Divortium.*

O.

- Oratoria habere permisum* p. 83
eorum adificatio p. 167
Orphanotrophorum officium, p. 169

P.

- Papa Rom. preeminentia,* p. 165
*Partus post mortem patris editus quando pro legitimo
habeatur,* p. 67
Patronatus iuris acquisitio. p. 83
Pedis amputatio, p. 176
Præscriptionis tempus si quis pro parte absens, p. 146
Præscriptio 100 annorum, p. 30. 125
quadragenaria, p. 166
eius terminus, se res à m. f. possessore tradatur, p. 146
Presides provinciarum. p. 28
Prætores populi, p. 34
Precaria, p. 24
Presbyterorum bona, p. 154
eorum pœna. si falsum testimonium dicant; ibid.
Procoelium in sensu iuri Rom. p. 71

B. Raptus

R.

<i>Rapta an raptoris aubere posuit,</i>	p. 181. 183
<i>Reconventio ubi inservienda,</i>	p. 116
<i>Recusatio Judicis,</i>	ibid.
<i>Referendarius Palatii,</i>	p. 31
<i>Remissio delinq<small>uentium</small>,</i>	p. 172
<i>Representationis jus</i>	p. 142
<i>Repressalia,</i>	p. 77
<i>Repudii causa.</i>	p. 50 seqq.
<i>de Rerum ecclesiasticarum alienatione,</i>	p. 22. 72.
<i>Rescripta ambiuosa</i>	81. seq. 86. 88. 147 seq. 151
<i>Rescripta à quonam subscribenda,</i>	p. 127
<i>Rei latitantis pena</i>	ibid.
<i>Reversales</i>	p. 79
<i>à Rusticis antickresin pacisci prohibitum,</i>	p. 172
	p. 64. 65

S.

<i>Sacramenta in privatis adibus non sunt admitti.</i>	
<i>stranda,</i>	p. 83. 166
<i>Sacrorum turbarlo,</i>	p. 155
<i>Samarita</i>	p. 162 seq. 181
<i>Scenica mulieres</i>	p. 76
<i>SchwerdImagen/</i>	p. 142
<i>Servus Langvens à Domino neglegens sit liber,</i>	p. 49
<i>Signa in instrumentis reperta sunt investiganda,</i>	p. 95
<i>Sodomia pana;</i>	p. 98. 179
<i>de Solutionibus</i>	p. 14
<i>SpillImagen/</i>	p. 142
<i>Sponsalitia largitas</i>	p. 144
<i>Sponsor quis</i>	p. 14
	<i>Sportule</i>



Sportula ultra definitum modum non sunt exigendae,
p. 158
Succesio ab intestato, p. 140. seqq.

T.

<i>Tabellio ipse contrattibus interesse debet,</i>	p. 70
<i>testibus opus habet,</i>	p. 95
<i>v. Notarius.</i>	
<i>Taxationem bonorum testatoris heredes agnoscere renentur</i>	p. 74
<i>Templorum edificatio.</i>	p. 88. 166 seqq.
<i>Testarientum paternum,</i>	p. 122
<i>Testium qualitas</i>	p. 110 seqq.
<i>Theodora particeps imperii</i>	p. 27. 29
<i>Tituli alienis pradiis non sunt affigendi</i>	p. 40. 190
<i>Ali transactionem nemo compelli potest</i>	p. 159
<i>Tributa à quo solvenda ratione sterilium prædiorum,</i>	p. 38 p. 191
<i>Tutela non defertur creditoribus aut debitoribus pu- pillorum,</i>	p. 92
<i>Vutela legitima,</i>	p. 143
<i>Tutelam quinam clericì gerere possint,</i>	p. 153
<i>Tutoris officium,</i>	p. 93

V.

<i>Vasa sacra quando alienari possint,</i>	p. 25. 158
<i>Viduitas an injungi possit,</i>	p. 59 seqq.
<i>Ufuræ nautice</i>	p. 122. 125
<i>Ufuræ ultra alterum tantum,</i>	p. 152. 178. 188
<i>Ufuraria pravitas an sit contra ius natura,</i>	p. 188

ꝝ (o) ꝝ



3 37 ¹⁰
R 7

HB 37 ¹⁰
—
47

Ka 6102 a



Farbkarte #13

